

contra conscientiam, edificaret ad gehennam, vt in c. iteras de restitutione spoliatorum, & in c. per tuas, de firmos, secundum Abb. in d. c. officij, n. 4. quas limitationes veras esse, & tenendas existimo.

37 Postremo ¶ reliquum est videre de ipso adulteros qui ex aliena vxore prolem sustulit, An teneatur marito restituere, que in aliena educandaque illa prole expendit, & legitimo heredi eam, qua defraudatur, hereditatem, sicut ipsa mulier adultera tenetur, vt praediximus, nec ne? Et quidem si ipse certus non sit, nec credat nec credere debeat prolem esse suam, quia mulier illa cum aliis adulterium commisit, vel si illa quoque dubitet, an filius ex adulterio conceptus fuerit, vel ex matrimonio, aut quia iuste credit, mulierem mentiri ad eum obligatum, ad nihilum tenetur, arg. cap. graue, l. i. q. 3. & cap. dominus, de secundis nuptiis. Ita Florentinus in 2. parte sua summa, tit. 2. c. 7. sub finem, quem refert & sequitur Nau. ubi supra, n. 49. & Anton. a Cord. d. q. 3. in 4. dist. in fine. Sic si soluta mulier cum duobus conuerfetur, neuter eorum tenetur credere ex se habuisse in vtero: imò licet Petrus suum esse credat, & Paulus eum suscipiat, nutriet & dicit, non tenetur Petrus rem detegere, quandoquidem alter, vel sua leuitate vel mulieris impostura deceptus est, nec ipse eum decepit, vt inquit Sor. ubi supra, in vers. ad hoc igitur.

38 Si verò adulter ¶ rationabiliter credat aut credere teneatur, filium esse suum, videtur etiam ad nihilum eum teneri, tum quia non sit causa propinqua damni vendit etiam si de facie aut alia via ei constiterit, prolem esse suam tamen illum non supposuit marito: tum etiã, quia non scit, an alium secum ipsa admiserit, que enim vnum recipit, abique iniuria credi potest alium pariter admittit: quocirca iure definitur, filiationem esse difficultis probationis, vt in l. Lucius, ff. de conditionib. & demonstrationum. Menoch. late dist. casu 89, lib. 2. & in terminis hanc partem probauit Domin. a Sor. ubi supra, addens, reuera se non videre, cur adulter ad aliquam de iniuria teneatur restitutionem, quamuis ob honestatem & decentiam ad illi teneatur.

Sed his non obstantibus, contrarium in hac specie tenendum est, nempe, vt adulter, credens filium ex adulterio à se commissio conceptum, esse suum, teneatur de iustitia ad prædictam restitutionem faciendam, tam marito illius mulieris adultera, quam verò heredi. Primo, quia qui causam damni dat damnum dedisse videtur, l. qui occidit, §. in hac, ff. ad legem Aquilianam, cum similib. Secundo, quia adultera ad idem tenetur, vt est prædictum, quamuis non sit causa proxima damni, quod non sequitur immediatè ex suo adulterio nec ex partu, sed ex vita ipsius filij. Tertio, quia adulter satis causa propinqua est damni, quamuis non proxima, & non oportet esse proximam, ad hoc, vt de damno quis teneatur iuxta notata in cap. fin. de iniur. & damno dat. maximè, cum partus sit effectus sequutus ex adulterio, quo casu etiam causa remota nocet, c. fin. de homicid. lib. 6. nec enim cum de alio non constat, est præsumendum, mulierem illam alteri sui copiam fecisse, cum factum non debeat præsumi, nisi probetur, vt in l. bello, §. facta, ff. de capiu. & postlimin. reuer. l. si emancipati, C. de collat. quod si adhuc id præsumi posset, incertum & generale esset, ac proinde leuis præsumptio: vero illa, qua credit filium suum esse, fortior est atque specialis, quandoquidem certus est cum illa muliere conuuisse alijque rationibus credit filium suum esse, ac proinde standum potius huic est, quam contrariè: & ita ex supradictis hanc partem tenent & probant Florent. ubi supra, & Syluest. in Summa verb. adulterium, q. 5. etique communis opinio & tenenda aduersus Sor. secund. Nau. ubi supra, n. 49. & Anton. a Cord. d. q. 3. in 4. dist. & in dist. sua summa, q. 102. circa fin.

Damnus ¶ autem heredi legitimo totum integrum restituendum est, quoties filius putatiuus iam successit in hereditate patris putatiui: antequam vero succedat, si penitens sit in articulo mortis, ratione dubij, an succedat vel non, tanto minus restituere potest, quantum bonus ac prudens vir arbitrabitur, vt cum Scoto ubi supra, rectè probat Nau. d. n. 49.

SUMMARIUM.

- 1 Capit. in ciuitate, & cap. nauiganti, de vsuris, referuntur.
- 2 Intellectus & concordia dictorum iurum, & n. 5. acciuntur alius nouissimus Magistri Palat.
- 3 Qui suus non erat mercis venditurus vsque ad tempus, quo pretium actum iri conuicitur, potest rogatus pluri vendere, quam tempore venditionis valeant, deductis expensis, laboribus & periculis, & n. 2.
- 4 Qui vsque ad mensem Maij erat seruaturus frumentum, potest sub natalem Domini carius, quam tunc valeat, vendere, si dubium verisimile sit, quod illo tempore plus minusve sit valiturum.
- 6 Potest quis vendere frumentum pretio, quo valebit hebdomada, mense vel die, ad quem vsque erat seruaturum, non tamen exigere debet pretium maius illius diei vel mensis, sed mediocre vel commune.
- 7 Venditor qui merces suas erat aliqui seruaturus, potest eas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit, eligat pretium commune, modo semel eo constituto & electo variari non possit.
- 8 Venditor merces seruaturus ad Calendas Martias, non potest eas vendere Calendis Octobris pretio, quo valebunt Calendis Maij.
- 9 Illicitus est contractus, quo res venditur pretio, quo pluri valebit à tempore contractus vsque ad mensem Martij.
- 10 Pactum, vt soluatur medium rei vendite, quod magis aut minus esset valitura à die contractus vsque ad tempus, quod eam venditor esset seruaturus, siue excresceret siue crederet eius valor, non continet vsuram nec peccatum.
- 11 Non licet ratione crediti prorogatiue pretij rem carius, ultra latitudinem iusti pretij, vendere, quam in presenti valet: nec vilius emere infimo pretio iusto ratione anticipatae solutionis, nisi verisimiliter dubitetur, tempore solutionis plus vel minus valituram rem illam.
- 12 Lessor in casu precedenti tenetur in conscientia restituere lesa excessu iusti pretij ultra latitudinem, vel suppleri defectum vsq; ad infimum infimum pretium.
- 13 Quando in dissolutione nundinarum mercium pretia decreuerunt, non potest mercator vendere credite, quãti presenti numero vendidisset in emptorum seruire.
- 14 In foro exteriori non est contractus vsurarius indicandus, quoties res carius venditur ad creditum, quam in promptu valet, vel vilius anticipata solutione, nisi constiterit, ob eam rationem carius vel vilius venditam fuisse, & n. 16.
- 15 Abbas & alij simpliciter aliud dicentes, suppletur ac intelliguntur iuxta supradicta.
- 16 An idem sit in domo vel prædio vendito ceterisque rebus, que in pondere, numero & mensura non consistunt, & n. seq.
- 17 Pretium commune alicuius rei in promptu soluendum, debet considerari omnibus suis partibus ac qualitatibus perpenfis & estimatis, vt latius hic.
- 18 L. curabit, C. de action. empt. non procedit, re vendita & tradita, habita fide de pretio.
- 20 Interesse in recompensatione fructuum interim perceptorum, de quo in d. l. curabit, C. de action. empt. est licitum, etiam a iure Canonico.

- 21 Vendens carius ad creditum mulo, pecora & alia animalia ob dilatarum solutionem, quam pretio communi presenti valeant, vsuram committit.
- 22 Vsura licet proprie committatur in his rebus, que ponderari, numero & mensura consistunt, hoc verum est quoad formam, sed quoad intentionem deprauatam potest etiam committi in ceteris rebus.
- 23 Mercatoris an ratione lucri cessantis, vel etiam danti emergentis possint carius vendere rem ad creditum, quam in promptu & n. seq. præcipue n. 26. 27. & 28.
- 24 Licet mutanti stipulari se indemnem seruari tam in lucro cessante, quam in damno emergente.
- 25 Casu, in quo mercatoris vel quibus alij possunt carius re aliquam vendere ad creditum, quam pretio communi de presenti valeat, ratione lucri cessantis, & à sortiori damni emergentis, tribus concurrentibus & n. 29.
- 30 Mercatoris an possint merces suas carius ad creditum vendere quam presenti pecunia valeant, ratione periculi, cui venditor ad emptoris instantiam se exponit, tam respectu capitalis, quam expensarum pro eius recuperatione.
- 31 Creditor potest à debito exigere, quicquid recipiendo debitiim dependit.
- 32 Pactum de certo salario conuentum pro expensis & laboribus inter creditorem & debitorem iniuriam, quoties debitor ab orbe loco distat, in casu mora retardata solutionis licitum est.
- 33 Licet emere debitum minori pretio, quod expostum est periculo vel cum expensis exigi speratur.
- 34 Pactum in contractibus censuum redimibiliu, continens morosum census debitorem, teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium seu certas expensas aut certa salaria inramento creditorum liquidandas, est nullum propter suspicionem fraudis vsure.
- 35 Vendere an liceat merces aliquas ad creditum carius quam presenti pecunia valeant, quoties eius sint conditionis merces illæ, vt committit illo pretio soleant vendi ad creditum, quia raro nisi parua pecunia venduntur in promptu & n. seq.
- 36 Vendere non licet carius merces ad creditum, etiam ob gratiam & commoditatem emptorum.
- 37 Nulla res publica totius orbis diuersa pretia vnquam constituit mercibus à suis ciuibus vendendis presenti pecunia, & ad creditum, sed semper taxatur idem pretium soluendum de presenti, vel ad creditum soluendum.
- 38 Merx venditionis expostita non inueniat emptores, nisi parua pecunia emere volentes, paruo pretio estimatur, sicut è contra.
- 39 In venditionis grossis (hoc est, de por iuncto) non etiam licet carius vendere ad creditum, quã pecunia presenti infra latitudinem tamen pretij ab infimo vsq; ad rigorosum bene licet, vt in n. 40. dummodo non sumatur pretium, quo minutatim prædam venduntur, quamuis in promptu, quia hoc modo carius licet eas iuste vendere ratione laboris & administrationis, item & diminutionis mercium, non vero si simul omnes vendantur, vt ibid. & n. 42.
- 41 Merces maritima an carius vendi possint ad creditum, quam pecunia presenti valeant & n. 42.
- 43 Lana non possunt vendi in diem carius, quam in promptu valeant ultra latitudinem iusti pretij, nisi verò simile dubium sit, plus vel minus valiturus tempore traditionis vel ratione veri damni emergentis vel lucri cessantis, vt in n. 46. & n. 47. quid si emptor suscipiat in se periculum.
- 44 Lana, anticipata solutione, vilius infimo pretio communi in promptu emi possunt? & numeris sequentibus.
- 45 Emptio frumenti, vini vel olei anticipata solutione,

ita demum permittitur minori pretio, quam valeat, quando dubium est verisimile, verum plus vel minus tempore traditionis sit valiturum.

48 Frumentum futurum, anticipata solutione, quo pretio in his regnis emi possit.

49 Frumentum vetus an licite mutuari possit ad renouandum, hoc est, vt nouum solvatur? & numeris sequentibus.

50 Frumentum vetus ad renouandum dari potest bona intentione, ne frumentum pereat, & vt recipienti gratia fiat, si granum vetus tantum vel plus valeat tempore, quo traditur vel quo reddendum est, quantum nouum cum redditur, vel saltem id sit verisimile, vel dubium sit, plus vel minus valiturum, vt in num. 51.

51 Quinimo & in casu precedenti licitum est, plus expectere de nouo grano, si vetus melius existimauerit, vel plus valere quam nouum tempore traditionis.

52 Si tempore mutationis framenti valet sanca octo regalia, & tunc est verisimile, quod tempore solutionis valebit quatuor & infra, poterit mutuari conuenire, vt pro singulis sanca duples reddantur, dummodo verisimile dubium sit, plus minusve duas sanca tunc valiturus, quam tempore mutationis valeat vna.

54 Mutans granum vetus principaliter, vt melius seipsum preuidentem recipiat, committit vsuram.

55 Quod procedit, nedum quando scitur nouum melius & pretiosius futurum, sed etiam si verisimiliter creditur, plus frumentum valiturum tempore traditionis, & non erat vsque ad illud tempus seruaturus.

56 Quando granum, quod mutatur, est iam putrefactum vel corruptioni proximum, aut submardidum (aut eadem ratione impurum), pro alio nouo (vel etiam veteri, meliori tamen) non est licitum contractum, sed potius vsurarius.

57 Quod prædict. est in grano dato ad renouandum, procedit etiam in vino, oleo & aliis similibus.

58 Tempore egestatis frumenti licitum est id estimatum, vt tunc communitè valet, alteri mutare in frumento, reddendum eo pretio, quo tempore solutionis valuerit.

59 Non licet mutare frumentum ad pretiatum, vt tunc valet soluendum, tamè tempore constituto inter partes in frumento, vel in dicto pretio, pro: mutui maluerit & elegerit, secus si electio mutuatario detur.

60 Emens frumentum, vinum vel oleum &c. extendatur, vt in n. 60.

61 Conductores reddituum Ecclesiasticorum vilij pretio anticipata solutione an sint securi? & n. seq. plura de dubio euentu & incertitudine fructuum.

70 Vendere merces oppressis aliqua egestate ad creditum carius ultra pretium rigorosum, vt ab eodem statim recant, viliori pretio statim soluendo, impium atque illicitum est, quod vulgo dicitur, mobarra.

72 Fallit si infra latitudinem pretij ambo contractus caderent.

CAPVT XXXIX.

De vendentibus carius ad creditum, quam in promptu res communitè valeat, & de minoribus ementibus anticipata solutione.

Extant de hac re duæ decretales; Prima quidem Alexandri Genuesis Archiepiscopi, scilicet quanda Gregor. Noni Fratris R. Summorum Pontificum in tit. de vsuris, illa in hanc modum: In ciuitate tua dicta sape contingere, quod cum quidam piper seu cinnamomum, seu alias merces comparant, que tunc ultra quingue libras non valent & promittunt se illas, à quibus illas merces accipiunt, sex libras statuo termino soluturos: licet autem com-

tractus huiusmodi ex tali forma non possit censeri nomine usurarium, nihilominus tamen venditores peccatum incur-

runi, nisi dubium sit, merces illas plus minusve solutionis tempore valituras, & ideo ciues tui saluti sua bene consul-

ent, si a tali contractu cessarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.

Ita: Naviganti vel emi ad mundanas certam mutuanis pecunia quantitatem, eo quod suscipi in se periculum, re-

cepturus aliquid ultra fortem, usurarius est censendus. Ille quoque qui dat decem solidos, ut alio tempore totidem sibi

grani, vini vel olei mensura, qua licet nunc plus valeant, utrum plus vel minus solutionis tempore fuerint valiturae, verosimiliter dubitari non debet ex hoc usurarius repa-

rari. Ratione huius dubij etiam excusatur, qui pannos, granum, vinum, oleum vel alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo tempore recipiat pro eisdem, si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.

In primis observandum est, priorem illam decretalem, ibi: Nisi dubium sit, etc. intelligendum esse per secundam, ibi: Si tamen eo tempore contractus non fuerat venditurus. Itaque solum dubium, merces nempe, plus minusve valituras tempore solutionis, non sufficit, sed copulatiue, & simul requiritur & hoc, quod venditor cas tempore contractus non fuerat venditurus, alias enim vnum sine altero non sufficit, ut in dict. capitul. naviganti, hoc expresse probatur in tertia eius parte, hoc est finali, quae in eodem casu dict. cap. in ciuitate, loquitur, illud declarans praedicto modo, ut tener gloss. ibi, verb. venditores, & communiter DD. & probat latissime optimique Ioann. a Medin. de restit. q. 38. causa 5. vbi dicit communem Dominic. a Sot. lib. 6. de iustit. & iur. quest. 4. art. ult. versic. posterior conclusio, Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 241. & late DD. Couarr. lib. 2. variar. resol. cap. 3. num. 6. per totum, vbi testatur, hoc esse frequentissimum omnium consensu receptum aduersus Caiet. in 2. quest. 78. art. 2. ad 7. contrarium tenentem, nempe sufficere priorem conditionem absque posteriori ad ipsius contractus iustificacionem, atque ita satis esse merces vendi pecunia credita maiori pretio quam valeant tempore contractus, quando adest dubium, an tempore solutionis sint plus minusve valiturae, tamen si non foret venditor cas seruaturus in tempore destinatae solutionis: sed Caietanum in hoc improbat communiter omnes post eum, existimantes, necessarium esse hanc secundam conditionem nec sufficere priorē. Iuxta tamen quam receptissimam sententiam, quis suas non erat merces venditurus vsque ad tempus, quo pretium auctum iri conicitur, potest rogatus pluris vendere, quam tempore venditionis valeant, expensis deductis, quae in praedictis mercibus seruandis aut custodiendis esset venditor expensus arbitrio boni viri, laboribus ac periculis: & sic tamen vsque ad mensem Maij erat seruaturus frumentum, poterit sub natalem Domini cavius, quam tunc valet, vendere, si dubium verosimile sit, illo tempore plus minusve valiturum, vt probant praefati auctores ex supradictis iuribus post Syluest. in summa verb. vsura, 2. §. 2. & Maior in 4. dist. 15. q. 32. Et ita est tenendum, quicquid alias edisserat nouiter contra praefatam communem sententiam, atque contra Methymnam tamen Magist. Palat. lib. 4. de contratas, c. 3. & sequent. nisi probe re in diuersis contractibus loqui d. cap. in ciuitate, & c. naviganti, de vsur. nempe, quod in d. c. in ciuitate, exhibeat res emptori, & non soluitur pecunia, sed eius solutio differtur. in cap. vero naviganti, utrumque sit, & frumenta traduntur & pecunia soluitur, & solum est anticipatio in magnitudine pretij, quod soluitur pro ratione temporis venturi. Hoc tamen de solutione pecuniae, quod statim interuenit in casu d. c. naviganti, non ibi constat, ac proinde diuinat: Quoniam pretium

non erat ibi soluendum, nisi ad terminum constitutum vt patet, ibi: In certo tempore recipiat pro eisdem. Nec obstat si dicatur, hoc referri ad magnitudinem pretij, vt videtur probari, ibi: Vt amplius. Hoc namque est ipsum pretium cavius, quam tunc valeant, non enim rationi congruit diuidere in pretium iustum ex vna parte, & hoc diuinae esse traditum, & in excessum ex altera, & hoc solum esse soluendum in termino: Vnum igitur cum sit pretium, licet excessuum, hoc idem ad terminum constitutum, fuit dilatatum, & nihilominus excusatur venditor ratione dicti dubij, etc. & sic est idē casus cum casu d. c. in ciuitate, superaddita illa conditione, si alias erat seruaturus, vt communis recte habet.

Ex tamen quibus primo inferitur, posse quem vendere frumentum pretio, quo valebit hebdomada, mense vel die ad quem vsque erat seruaturus, non tamen exigere debet pretium maius illius diei vel mensis, sed medio cre vel commune, secundum Bernard. sermone 34. art. 1. col. 3. Syluest. vbi supra, d. §. 2. versic. 3. Nauar. vbi supra, n. 241. & Couar. d. n. 6. in versic. item secundo. Debent tamen hoc casu deduci ex dicto pretio excedens praedictae, & quod metex debebat minui illo medio tempore, iudicio expertorum, alias, vel si non esset ad illud tempus seruaturus, esset vsura, cui obligacione restituendi, vt in d. c. nauiganti, de vsur. & expresse Nau. vbi supra, d. n. 241.

Secundo inferitur, tunc venditorem, qui merces esset alioqui seruaturus, posse eas vendere ea conditione, vt cum ei liberius eligat pretium commune, modo semel eo constituto & electo variare non possit: ita Syluest. & Couar. vbi supra.

Tertio inferitur t eodem iure venditorem, qui merces est seruaturus ad Calend. Martias, non posse eas vendere Calendis Octobris pretio, quo valebat Calendis Maij: ita Scotus d. dist. 15. q. 2. a 2. in fine, quem refert & sequitur Couar. vbi supra.

Postremo t adnotandum est, illicitum esse illum contractum, quo res venditur pretio, quo plus valebit a tempore contractus vsque ad mensem Maij, aut Iulij. Constituitur siquidem tunc in tuo venditor, qui frumentum aut alias merces vendit pretio, quo iuste valent tempore contractus, & deinceps, quo plus valebunt ad diem dilatae solutionis: quod iniquum est secundum Hostiens. & alios plures, quos refert & sequitur Couar. vbi supra, vers. caeterum, & Armilla aurea, verb. vsura, n. 12. sequitur Nauar. in Manual. c. 17. n. 242. vbi tamen inferunt, non esse vsuram nec peccatum, pactum vt soluatur medium pretij rei venditae, quod magis aut minus esset valitura a die contractus, vsque ad tempus, in quod eam esset seruaturus, sius decreveret tempus crederet eius valor.

Ex quibus t decretalibus manifeste probatur, nullatenus ratione crediti porogatique pretij licere rem cavius vendere ultra latitudinem iusti pretij intra eam enim licitam est) quam in praesenti valet, nec vilius emere iusto pretio in iudicio appellacionis reuocabitur sua sententia, & ita sapissime obtinui & pronuntiatū vidi: Imo & in expensis condemnari fiscalem Ecclesiasticam hac in specie a sententia omnino liberatoria appellatent. Ex quibus t intelligendus Abb. in d. cap. in ciuitate, n. 5. & in cap. nauiganti, n. 7. dum superiora limitat, si certum sit, quod plus non valet res tēpore solutionis pretij, quia tunc in casu dict. cap. in ciuitate, esset contractus vsurarius, vt procedat, quando ob dilatatam pretij solutionem cavius venditur, quam praesenti pecunia res valeat, & eodem modo suppleendus est etiam modernus Mercado de contratas & contratas, lib. 2. c. 13. fol. 73. enim

enim talis contractus ex forma eius non censetur vsurarius, quando non constat propter dilatam vel anticipatam pretij solutionem cavius vel vilius respectiue merces venditas fuisse, ex mente tamen & praua intentione illicitus iudicatur, vt dicitur in d. cap. in ciuitate, & ideo t in conscientia tenetur laesore restituere laeso excessum iusti pretij ultra latitudinem eius, vt est text. de hoc expresse in d. c. consultius, in final. part. & ibi expresse notat & tenent Abb. n. 5. & caeteri scribentes, vel suppleere defectum vsque ad iustum pretium infimum, cum in eo foro iuxta crebriorem sententiam non sit licita laesio. etiam intra dimidium iusti pretij, ac proinde restitutio fieri debet; Nemo enim locupletari debet cum iactura aliena praecipue cum contractus hic fit cum peccato, ac proinde illicitus & male sapiens, & saltem negari non potest, quin contineat vsuram mentalem, & vsurarius mentalis tenetur ad restitutionem vsurae, vt in dict. cap. consultius, vbi Abb. n. 5. testatur communem & ibi certi Doct. & in cap. fin. de simon. Nauar. in c. 1. n. 4. q. 3. n. 13.

Quare t quando in dissolutione mundinarum mercium pretia decreuerint, non potest mercator vendere credito, quanti praesenti nummo vendidisset in emptorum seruire, quia res tunc, hoc est, in dissolutione mundinarum, minoris aestimatur: ita Dom. a Soto vbi supra, quod verissimum patet.

In foro tamen exteriori, nisi constitit, ob dilatatam pretij solutionem cavius merces venditas fuisse (quam in promptu valeret) ultra latitudinem iusti pretij, vel nisi contineatur venditor, quod alias esset venditurus tempore contractus pro iusto pretio, vel ob anticipatam solutionem vilius iusti venditas, non esset contractus vsurarius iudicandus ex forma ipsius, vt in d. c. in ciuitate, quia vsura committitur regulariter in mutuo: ita Abb. ibid. n. 5. Ananias 5. & 6. & caeteri, & ita in praxi hoc iure solent le venditores defendere, quoties ratione vsurae in praedictis casibus apud iudicem Ecclesiasticum deseruntur ac denuntiantur, & testes, quamuis depoñant de excessivo pretio ad creditum, vel de viliori ob anticipata solutione, non tamen solent concludere in suis dispositionibus, id ob dilatam vel anticipatam solutionem pretij factum fuisse, nec pactum vsurarium de eo intercessisse (cum ab hoc soleant huiusmodi venditores praecaveri, ne probari possit, quamuis aliud in mente habeant) cauidicē naque statim allegat, contractum huiusmodi minime esse vsurarium iudicandum per praedicta, ac proinde reos esse absolueudos, & ita fit ac seruatur, & solum propter malum odorem contractus, ac peccatum in eo commissum in expensis condemnatur cum praed. monitione, vt a similibus contractibus in posterum se absteñeat: Quae praxis originem duxit a cap. in ciuitate, & hoc nisi ipsi venditores contrarium in sui defensionem probent, nempe, pretium creditum esse iustum & commune quod in promptu eurrebat tempore illius contractus, tunc enim absolui omnino debent, tam a principali denuntiatione, quam ab expensis, nulla monitione eisdem facta, quia esset indebite eos infamare: Quod si iudex ordinarius aliud iudicet, in iudicio appellacionis reuocabitur sua sententia, & ita sapissime obtinui & pronuntiatū vidi: Imo & in expensis condemnari fiscalem Ecclesiasticam hac in specie a sententia omnino liberatoria appellatent. Ex quibus t intelligendus Abb. in d. cap. in ciuitate, n. 5. & in cap. nauiganti, n. 7. dum superiora limitat, si certum sit, quod plus non valet res tēpore solutionis pretij, quia tunc in casu dict. cap. in ciuitate, esset contractus vsurarius, vt procedat, quando ob dilatatam pretij solutionem cavius venditur, quam praesenti pecunia res valeat, & eodem modo suppleendus est etiam modernus Mercado de contratas & contratas, lib. 2. c. 13. fol. 73.

existimans, vendentem ad creditum cavius, quam in promptu, esse vsurarium: alias enim, nisi ita, vt praediximus, intelligamus praefatos auctores, eorum dicta non videntur recte procedere posse: Quia est tunc in specie, quia ipsi loquuntur, contractus sit illicitus ac cum peccato, vt vult exceptiua illa dictio, Nisi dubium sit, etc. C. dist. cap. in ciuitate, a contrario sensu, non tamen ideo probatur in illo text. esse alias contractum vsurarium in foro exteriori, deficiente praedicto pacto, nempe vt cavius vendatur ob dilatam pretij solutionem, quoniam contrarium, sed habebit locum tunc remedium l. 2. C. de rescind. vend. & c. cum dilectus, & c. cum causa, de emptio. & vendit. si laesio ultra dimidium contigerit: & ita Sylu. in summa, verb. vsura, 2. n. 2. quāuis idem, quod Abb. vbi supra, tenent. In ratione tamen, quam assignat, hoc in finatur, dicens, Cum hoc casu habeatur respectus ad terminum, nam cum id fit, patet esse vsuram, vt statim dicemus, alias sola praesumptio mentalis, quod habitus fuerit respectus ad terminum, si de hoc non constat in foro exteriori, non sufficit ad iudicandum huiusmodi contractum vsurarium ex sua forma, vt in d. cap. in ciuitate, quamuis in foro interiori anima, propter deprauatam intentionem huiusmodi venditoris, iudicandus sit male agere & ad restitutionem teneatur, vt in d. cap. consultius, & ibi gloss. male agere, & Doct. praecipue Laurentius de Rodolph. in 4. opposicione, & quod in casu Abbatis contractus non sit vsurarius ex forma, vt in d. c. in ciuitate, sed ex effectu, declarat. Anan. ibi n. 6. ac si diceret, quod intendimus, saluando & intelligendo Abb. vt praediximus.

Vendens tamen cavius ad creditum ultra latitudinem iusti pretij, quam in promptu res valeat, ob dilatatam pretij solutionem aut vilius emens ob anticipatam solutionem minus infimo pretio, non existente praedict. dubio, de quo supra, n. 11. si de hoc constitit, vsuram committit etiam in foro exteriori: Quādoquidem vsurae vitium est, vendere tempus, ac proinde peccat mortaliter huiusmodi venditor & ad restitutionem tenetur, vt in d. c. consultius, & omnes de hac re agentes profitentur, praecipue S. Thom. in opus. 6. 7. & in 2. 2. q. 78. a. 2. ad 7. & ibi Caiet. & Florentin. in 2. part. sua summa, tit. 1. c. 8. §. 3. & 4. & Syluest. verb. vsura, 2. §. 1. & F. Barr. a Methym. in sua summa infrastruct. confes. lib. 1. fol. 134. dicens esse vsuram palliatam: & ante hos vltimos idem probauit Abb. in d. c. in ciuitate, in vltim. notat & in d. c. consultius, post Hostiens. & ibi caeteri scribentes, Decius d. conf. 11. n. 2. vbi, quod de istis idē iudicatur, quod de vsurariis manifestis, ac proinde non possunt testari, nisi praesentia cautione iuxta text. in cap. quamquam, de vsur. in 6. secundum Abb. in c. ad nostram, de empt. & vendit. vbi inquit, si ita consulerit, idē Decius consil. 119. n. 13. & Dominic. a Soto, vbi supra, & latius Nauarr. in d. cap. 17. n. 206. & 228. vbi in terminis cum Bernardino in suis sermonibus tenet, quod text. in dict. cap. in ciuitate, & cap. fin. de vsur. intelligatur in eo, qui ratione dilationis lucrum immoderate accepit: idem Nauar. in commentar. de vsur. num. 4. & aliis pluribus num. melius in comment. de cambiis, num. 71. vbi quod haec conclusio est constitutissima S. Thomae Scoti & aliorum, quos ibi allegat, & Doct. Couarr. vbi supra, n. 7. itaque haec est indubia atque receptissima omnium Canonistarum & Theologorum sententia, quam etiam profitentur summa Armil. aurea verb. vsura, n. 11. & M. Palat. lib. 4. de contract. & restit. cap. 3. pag. 244.

Haec tamen t receptissima sententia vera est & procedit, quando res, quae venditur, consistit in pondere, numero vel mensura, quia in his tantum rebus vsura committitur: secus si vendatur domus vel praedium, praesertim cum emptor interim percipit vtilitatem, 17

vi in l. curabit, C. de action. empti. ita Bald. in rubric. n. 4. C. de usur. quem defendit Anton. Burgen. in cap. ad nostram, n. 10. de empr. & vend. & eius meminit D. Couar. ubi supra, n. 7. ad fin. nec approbans nec reprobans, sed asserens, quod alibi examinabitur ad interpretationem l. curabit, C. de action. empti. quem facit lib. 3. c. 4. per totum, ubi hoc in specie non tangit; sed opinionem præfatam Bald. expressè sequitur Menchac. lib. 3. controu. vsufrequem. c. 50. n. 5. & c. 60. n. 19. allegans alios.

Hæc tamen sententia Bald. vera non est nec tenenda meo iudicio, sed potius indiffertè supra dicta magis communis sententia in venditione cuiusque rei, licet non consistat in pondere, numero & mensura. Primo, quia in propositione non videtur consideranda res ipsa, quæ venditur, sed pretium, quod esse habiturus de præsentia, quasi illud plus, quod ex vi pactionis, ratione dilationis in futurum sum habiturus, sit vsura pretij, quod de præsentia videretur habiturus: quia, vt prædiximus, secundum omnes, perinde est, rem decem valentem, credito vendere duodecim, ac si decem statim connumerata emptori mutuo darentur sub duorum scænore: Hæc autè ratio ita concurrit ac militat in rebus ad creditum carius venditis, non consentientibus in pondere, numero & mensura, sicut in his consentientibus. Ergo in vtriusque locum habet communis opinio. Præterea contingit sapissimè, quod prædium venditum interim vtilitatem non habeat, quia tempus colligendi fructus nondum venit, & tamen adhuc hoc casu valet Bald. vsuram nõ committi, etiam si carius, propter prorogationem temporis, vendantur, vt patet ex his verbis, ibi, *Præferim tamen, cum emptor interim percipiat vtilitatem*. Nam manifestè præsupponit, idem esse, si interim illam nõ percipiat, quia ea est natura dictionis, *Præferim*, vt explicet casum minus dubium, & implicet magis dubium, vt diximus supra, c. 20. n. 6. & 7.

18 Secundò, quia ¶ pretium commune alicuius rei, veluti domus vel prædij, de præsentia, hoc est, in præpiti, debet considerari, ac consideratur omnibus suis partibus ac qualitatibus perpensis & æstimatis, ac proinde si domus vel prædium fructiferum vendatur, secundum valorem communem proprietatis, cum fructibus percipiendis vsque ad terminum solutionis pretij consideratur. Si igitur vltra hoc, propter pretij solutionem dilatam conuenitur, vt amplius præstetur, nihil interest ad executionem vsuræ, quod emptor interim percipiat aliquam vtilitatem, quia etiam huius vtilitatis ratio fuit habita in æstimatione iusti & communis pretij de præsentia, & adhuc ea attenda, excessum est à iusto pretio ratione temporis prorogati ad solutionem totius pretij, & sic committitur iniustitia & vsura. Tertio, quia licet emptor interim percipiat, vt in *dicit. l. curabit, C. de act. empti.* hoc operatur, vt pretium conueniatur, vel partem ipsius insolutam restituere teneatur venditori cum vsuris, quas & perceptorum fructuum ratio & minoris ætatis fauor (licet nulla mora intercesserit) generari: qui est proprius casus *dicit. l. curabit*. Attamen re tradita à venditore emptori, data dilatione ad soluendum, habitaque fide de pretio, & sic nulla existente mora regulari nec irregulari emptoris, ex qua constituto *dicit. l. curabit*, rationem habet, cessat ipsius dispositio, ac proinde si ad terminum solutionis pretij constitutum solutio fiat, non debentur eius vsuræ, hoc interesse licitum in recompensationem fructuum, vt tenet gloss. in *cap. conquestus, de vsuris, verb. de feud. dum assertit, vsuras à venditore peti posse loco eius, quod interest, si pretium conueniatur ad terminum & diem constitutum solutum non fuerit: Igitur pretio soluto eo die, quo pactum est, vsuræ licite peti non possunt. Idem probatur Socin. *conf. 76. lib. 2. col. final.* Bartol. Socin. *conf. 88. lib. 4. & 103. in fin. & 139. eodem lib. 4.**

Decius *d. conf. 119. n. 7. & 13.* Anton. Rubens *conf. 88.* & Aymon. Crauet. *conf. 139. col. 3.* quos sequitur D. Couar. *lib. 3. variar. ref. c. 4. n. 6.* quamuis cum aliis plurimis, quos refert, non solent, posse eo casu venditorem pacifice vsuras pretij non oblati eo tempore, quo dies constituta expectatur, hoc tamen differt à nostra specie. Quartò, quia est hoc pactum fieri posset, eoque inito, vel absque eo post mortem pretium cum vsuris soluendum sit in casu *d. l. curabit*, hoc tamen locum habet tantum in vsuris pretij non soluti ratione eius, quod licitè interest in recompensationem fructuum interim perceptorum, vt in *dicit. l. curabit*, quod etiam attento iure Canonico, est licitum ¶ ac permissum, iuxta *dicit. gloss. conquestus*, quam omnes sequuntur, quorum plurimos, tam Iuristas, quam Theologos, congerit Couar. *dicit. lib. 3. variar. resol. c. 2. n. 1.* eam latè probans omni iure in *num. sequent.* & Domin. à Sor. *lib. 6. de iustit. & iur. g. 2. a. 1. colum. penult.* latè nos de *inrament. confirm. 1. p. c. 2. n. 3.* quicquid in contrarium pluribus fundamentis, sed non rectè meo iudicio, probare nitatur nouissimè F. Ioannes Garfia de *contratos. 1. p. c. 23. fol. 620.* & pluribus sequens. & iterum in *2. p. c. 4. fol. 138.* allegans pro se Syluest. *verb. vsura, 2. n. 2.* qui in diuerso casu loqui videtur: Quod autem idem fit in pretio principali rei immobilis ad creditum venditæ, vt ob dilatam pretij solutionem possit carius vendi vltra latitudinem iusti pretij, nullo iure cauetur; Quinimò contradicenti menti ac rationi Summorum Pontificum in *diuersis capitulis in ciuitate consultiis, & nauiganti, de vsur.* & ideo minime tenendum, præcipue, cum prædicti contractus sint periculosissimi, à quibus vniuersalis pastor animarum consultit abstinendum. Quintò, quia ¶ si sententia & limitatio Baldi vera esset, sequeretur inde, idem dicendum esse in equis, mulis, pecoribus & aliis animalibus carius vendendis ob dilatam pretij solutionem ad tempus; Quandoquidem hæc non constant pondere, numero vel mensura, nec functionem recipiunt in suo genere, vt in *l. 1. tit. 1. p. 5.* & ibi Gregorius in *gloss. 1.* tamen si aliquem vsuum & vtilitatem ex eis emptor percipere possit ac valeat: quod est absurdum & absonum, & contra praxin communem Ecclesiæ; Puniet enim & merito similia committens, & in edictis publicis visitationis precipitur, vt hæc ad dictum effectum denuntiatur. Sextò, quia licet vsura propriè committatur in his, que consistunt pondere, numero & mensura, & sic in mutuo, hoc verum est quoad sui formam, vt in *dicit. capitul. in ciuitate*, sed potest etiam committi quoad intentionem deprauiatam, pro vtin specie nostra contingit, vbi fingitur pretium solutum ab emptore, & sibi postea mutatum cum aliquo lucro, vt est prædictum, siueque in casu Baldi committitur etiam vsura respectu dicti mutui: & ita merito contra Bald. in hoc vsus esse tenere Salycet. in *dicit. antiq. ad hæc n. 8. C. de vsur.* & additio eiusdem Bald. *super eo littera, C.* & expressè Laurentius de Rodolph. dicens, non videri verum dictum Bald. in *tract. de vsur. 2. part. hoc est, in repetitione dicit. capit. consultiis, in quart. opposicione, n. 9. volum. 16. tract. diuers. dicit. fol. mibi 121.* & Decius *conf. 111. n. 1.* in fin. & iterum *conf. 119. num. 13.* Socin. *dicit. conf. 88. n. 12. & 15.* vbi alios allegat, diceos esse sequendam hanc secundam opinionem contra Baldum, Anchar. & alios, quos ibi prius retulerat n. 4. Tum quia videtur magis communis, tum, quia tuncior, quam etiam & nos sequenti sumus in *nostro tractatu de Iurament. Confirmator. 1. part. cap. 2. num. 6.* vbi notauimus Menchac. malè in priorem partem Bald. allegasse Socin. & Decian. vbi supra, cum potius in resolutione hanc secundam teneant: ibique etiam resoluimus, veram æstimationem considerandam esse secundum valorem proprietatis fundi cum fructibus percipiendis

percipiendis temporè, quo nondum solutionis dies veniunt.

Reliquum est, ¶ vt iam videamus; *An communis & inueterata consuetudo mercatorum, vendentium merces suas carius ad creditum, quam præsentè pecunia valeant, eos excuset, seu potius excuset, ob quam sibi esse permissam omnes hi existimant, nempe ob lucrum cessans?* Et quidem pars affirmatiua eo videtur solidati fundamento, quod etiam ¶ ex causa mutui possit creditor ab initio contractus pactum inire cum debitore de repetendo eo, quod creditoris intererit, siue in damno, siue in lucro, pendente dilatione data ad mutui solutionem, etiam ante moram, quia iustè potest quis stipulari se indemnem seruati, tam in lucro, quam in damno: Ita tenet Hostiensis & Abb. *num. 3. in cap. salubriter, de usur. probat latè Ioann. à Methymna de rebus per vsuram acquisitis folio 137. & seqq.* & est communis opinio frequentior calcule recepta & obseruanda, vt plurimos allegans aduersus alios affirmat Dom. Couar. *dicit. lib. 3. variar. cap. 4. num. 5.* resoluens, veram esse præfatam communem opinionem, etiam quoad lucrum cessans; vbi fraus absit & verisimilis sit lucri cessantis certitudo, ac verè sit lucrum cessans: Nam si hoc vel tantum damni passum creditorem fuisse post moram verè constet, absque dubio etiam in animæ iudicio tenetur debitor id ei resarcire: quod & nos latè quoque probauimus allegantes alios in *dicit. cap. 2. num. 3. & seq. vsque ad num. 9.* exclusiue, & in terminis nostræ questionis, quod liceat mercatoribus vel merces suas vendere carius ad creditum, & sic pretium augere ratione interesse lucri cessantis, tenent Conrad. *de contract. quæst. 59. conclus. 7.* Abb. *num. 15.* Anan. *num. 16. in dicit. nauiganti, & Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2.* & Methymna latius de *restitu. de quæst. 38. in 2. causa,* & iterum in *4. causa, verfic. est itaque resolutio. Dec. dicit. conf. 111. n. 9. 12. & 13.* & simpliciter idem pro constituto habet in damno emergenti & lucro cessante M. Palatio, vbi supra.

Sed partem negatiuam contrariam in nostra specie aduersus Conrad. & Caietan. latè probat Dominic. à Soto *lib. 6. de iustit. & iure, quæst. 4. artic. 1. ad primum,* post Florent. quem refert *part. sum. Summa. tit. 1. cap. 8. §. 2.* dicens, ægerim in priorem sententiam trahi posse, eo sanè argumento ductus, quod neque lucrum ei cessat, qui vendere non cogitur, neque vitio absque vi & fraude cogitur; Nam qui rogatus tantum vendit, vltro vendit, & reuera ex illo capite lucri cessantis frequentiores crebrescerent vsuræ in mercatura, quam in mutuo. Qui etiam non vsque adeo asseueranter audeat opinionem Conrad. & Caietan. resutare, permanet tamen in sua firmitate, vt ipse ait, ex quo satis colligitur, sibi non placere præfatam priorem sententiam, verum eam intrepidè improbat, hanc secundam latissimè comprobans & sequens Mercado *in suo tit. de tractos, 7. contratos lib. 2. c. 13. del. mercar. v. vender alfrado, per totum,* & latè eandem probat, non solum in lucro cessante, sed etiam in damnis emergentibus, quia sunt frivola in mercatoribus, cum maiori ex parte vendant in diem & recuperent sibi debita nullis expensis, M. Placios *dicit. lib. 4. de contratos, cap. 4. in quinto dubio, pag. 267. & sequent.* Quod tenendum? Mihi hæc secunda pars verior & tenenda videtur regulariter, ne alias ansam & occasionem demus mercatoribus animas suas perdendi præ nimia cupiditate, qua maior eorum pars semper ardet.

25 Nichilominus ¶ tamen est dare casum, vbi in nostra specie licitum sit carius ad creditum vendente ratione interesse lucri cessantis & à fortiori damni emergentis, quamuis raro inter prædictos mercatores omnimodo & præcisè obseruetur, nempe tribus concurrentibus.

Primò, quod mercator vel alius vellet & posset statim merces suas vendere præsentè pecunia, quia erant emptores, qui eas in promptu soluendas emere volebant, & præterea statim cum prædicta pecunia præmanibus haberet aliam negotiationem, ex qua certum vel verisimile esset sibi lucrum. Secundò, quod precibus & importunitate alterius id omitterent, vt illi ad creditum venderet, ex quo certè ac verisimiliter omnifè lucrari certam quantitatem pecuniæ. Tertio, quod hoc casu non exigat totum, quod ex illa negotiatione lucrari potuisset, sed id minus quò æstimantur expensæ, labores & incertitudo dicti lucri, hoc est, quanto valet minus lucrum non habitum, licet speratum, ob eius incertitudinem, quam valeat actu habitum: Quibus omnibus interuenientibus, vel si tunc non erat merces venditurus, sed eas seruaturus in tempus, quo plus esset valitura, & rogatus vendat, licitè potest haberi consideratio totius damni verè emergentis & interesse lucri cessantis, detractis sumptibus, laboribus & ali-quid amplius ratione incertitudinis illius lucri, vt augetur pretium secundum hoc in his venditionibus ad creditum: alias his desistentibus, vt pote, quia ¶ mercator mercibus non venditis esset eas retenturus, nec emptores earum haberet pretio statim numerato, vel si erat paratus ad vendendum omnibus ita pecunia præsentè: sicut ad creditum, aut si habebat plures merces ad vendendum, tam in promptu, hoc est, pecunia præsentè, sicut ad creditum, quia non sunt emptores ad comparandas eas omnes pecunia præsentè, pro vt communiter contingit in his mercatoribus vulgo *dichos traperos*, & aliis huiusmodi, tunc nullo modo liceret pretium ad creditum augere ratione d. interesse lucri cessantis: Hæc resolutio colligitur ex Syn. *verb. vsura, 2. n. 1. ibi, & quod dicit Magister, & in vers. & quidem,* quem in proposito refert & sequitur sic declarans & intelligens priorem sententiam Conrad. Caietani & sequacium, de qua supra Couar. *dicit. 2. var. ref. c. 3. n. 6. vers. tertio,* & non contradicenti Ioan. à Methymna; Quandoquidem in *fin. dicit. secunda causa,* suam opinionem affirmatiuam additendam esse dicit, supposito, quod condiciones certæ concurrant, quæ necessariæ sunt ad hoc, quod licitè possit loco interesse ali-quod recipi, de quibus in *suo tract. de rebus per vsur. acquisitis, fol. 118. & seq. vbi latè de eis agit,* & ex professo eandem resolutionem probat & sequitur Mercado, vbi supra, & optimè Anton. à Cordub. in *sua Summa de casis de conscient. q. 84. in secunda opinione, in vers. tam poco iustifico,* vbi quod communiter DD. dicunt, requirit prædictas tres condiciones, ¶ quod ibi bene & latè probat. Quinimo, deficiente aliqua ex prædictis duabus conditionibus prioribus, præcipue prima, idem existimo esse in damno emergente; Quandoquidem ex huiusmodi venditione ad creditum eo casu non proueniat prædictum damnum, sed aliunde: In mercatoribus igitur prædictis, cum, vt plurimum & ¶ propè semper cessent 18 præfate condiciones, quia non vendunt ad creditum rogati & moti, vt beneficiant proximo, sed ipsi ob sui gratiam lucrum ac interesse querunt cupiuntque habere emptores, quinimo ad id sum expediti atque parati ad vendendum omnibus veroque modo, haberi non debet nec potest iustè respectus ad dictum interesse lucri cessantis, & ideo ipsi non possunt licitè pretium commune, quo merces in promptu valent communitè, ad creditum augere vltra latitudinem dict. iusti ac communis pretij, sub reatu peccati mortalis ac restitutionis excessus, saltem in foto animæ & interesse lucri cessantis & damni emergentis: Hoc probat Magister Palacio vbi supra, *d. c. 4. in quinto dub.* Si tamen in ipso vel aliis venditoribus reuera & absque vlla fraudè & fictione prædictæ tres condiciones aliquo casu 29 concutit

concurrerent, tunc locum habere posset, quod praediximus, nempe, augeri licite posse pretium ob praedium interesse, damni emergentis & lucri cessantis; dummodo magna cura & moderacione id fiat.

30 Praeter i superiorem causam damni emergentis & lucri cessantis, aliam addit Ioan. a Methymna ubi supra. causa 3. & 4. ob quam vendenti ad terminum licitum est pacifici de maiori pretio, quam sit in promptu communitur tunc currens, nempe ratione periculi, cui venditor ad emptoris instantiam rem suam exponit: illi forte egeno vel forensi vendendo; item & ratione dubij, seu timoris iusti & probabilis, cui ipse emptor causam praestat de litigando & expensas faciendo pro capitalis recuperacione, non vero de timore leui vel ficto: hocque late probat, quamvis asserat, eam causam communitur DD. non admittere: Eandem opinionem Methymna sequitur Navar. in Man. c. 17. n. 239. & 240. Eo additamento, quod huiusmodi venditor in praefata specie det Chirographum sua manu subscriptum emptori, quod si tempore constituto soluerit sine litigio, remittet et tantum ex solutione: hoc tamen non tollit malitiam contractus, si qua inest, & praeterea non videtur decens: Quare potius probo indistincte contrarium aduersus Methymnam cum communi, quam ipse fatetur nempe, vt his casibus minime liceat carius ad creditum vendere, praedictis rationibus, vt melius atque efficacius pluribus probauit, respondens fundamentis contrariis Methymnae, Domin. a Soto d. lib. 6. de iust. & iur. q. 4. art. 1. ad 1. cuius opinionibus videtur sequi Cordub. ubi supra, & in vers. campo se infirma: fatetur tamen supradicti auctores, praecipue Soto, id quod verum est, nempe, quod quicquid creditor in recipiendo debitum dispendit, possit a debitore exigere, quamuis multo tutius sit, dum hominis vasticies & infidelitas timeretur, nihil ei mutare neque credito vendere, vel si hoc fiat, expectare solutionis terminum, nam expensam anticipatae conuentiones vix vitare suspicione vacant.

32 Quamvis nihil fecius, vt ibi omni procul fraude bonis coniecturis timentur expensae, nempe vbi debitor ab vrbe loco distat, nulla est iniquitas de expensis & laboribus pactum cum illo inire constitutumque pretium recipere, etiam si nullus sit postea facturus; Nam etiam si esset plura expensurus, non posset amplius recipere, quam fuit conuentione firmatum: Quod nos quoque probauimus in nostro tract. de iurament. confirm. 1. p. c. 36. n. 10. Similiter licitum est emere debitum minori pretio, quod expositum est periculo, vel quod cum expensis exigi speratur, vt fatetur ipse Sot. ubi supra. & probat Palacio d. cap. 4. pag. 269. vbi limitat, si vendens actione, affecret integrum debitum emptori.

34 In contractibus t autem censuum redimibilium, propter suspensionem fraudis vsurae, pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interese lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, sunt nulla, vt cauetur nouissimè in Motu proprio Pij V. de las censos, Ann. 1569. lato 14. Calend. Februar.

35 Sed quid, si aliqua merces communitur & frequentius in aliqua ciuitate vel oppido ob pecuniae penuriam vel ob consuetudinem patriae venduntur ad creditum, quia raro nisi parua pecunia venditur in promptu non enim sunt ementes, nisi ad terminum, an tunc liceat ad creditum cariori vltra latitudinem iusti pretij eas vendere, vel an tunc etiam pretium, quo in promptu solent vendi, considerari debeat, saltem supremum, vt illud ad creditum non excedatur: In hoc Salyc. in d. dub. ad hoc, q. n. 8. vers. considerandum est, C. de vsur. tenet, hoc casu non videri vltimum committi, quia pe-

31 cunia non potest videri ad his tradita & postea illis numerata, quia illam promptam solutioni pretij non habuerunt, quem refert & sequitur Ioan. de Anania in d. e. in ciuitate, 1. col. n. 3. de vsur. & ex professo Decius d. conf. 111. n. 8. & 12. quae sententia defendi potest secundum D. Couar. lib. 2. var. res. c. 3. n. 6.

Hac tamen sententia omnino falla est meo iudicio, qui in hac specie existimo, adhuc inspiciendum esse pretium commune in promptu, saltem supremum, hoc est rigorosum, licet raro merces sic vendantur. Primò, quia text. in d. l. cap. in ciuitate, & d. cap. consuluit, & d. cap. nauiganti, indistincte prohibent vendi ad creditum merces carius, quam praesenti pecunia valeant, nisi solum, quando dubium esset verum simile, quod tempore solutionis illa plus aut minus essent valiturae, & venditor eas ad illud tempus esset seruaturus: Pretium igitur commune de praesenti currens inspiciendum est regulariter, non vero quod in diem soluendum soler constitui, vendere enim tempus, vitium habet vsurae, vt praediximus. Praeterea illud, quo plus venditur ad creditum, ex auaritia & praua potius intentione mercatorum videtur extortum, qui malunt ad creditum vendere, vt plus exigant, quam praesenti pecunia moderata, hoc est, pretio currenti, tempus enim cito currit, pecunia autem non crescit: Ideo ampliore potius volunt ad terminum, quam paruum statim: trahendum igitur hoc minime est ad consequentiam; Quandoquidem consuetudo praua & contra ius naturale & diuinum, neminem excusat. Tertio, quia licet hi mercatores redeat possint inducere consuetudinem vendendi ad creditum, praecipue, quia hoc est in fauorem emptorum, non tamen possunt securè gratuitum ex hoc pretium exigere & habere, quam merces suae praesenti pecunia valeant atque venduntur. Imò etiam si ob gratiam, & commoditatem & necessitatem emptorum, illum terminum constituant soluendi pretium, ad hoc nempe, vt illas res venales habeant, & per hunc modum negotientur utque vicium quarant, non ob hoc carius eis eas vendere possunt, quam praesenti pecunia valeant vltra latitudinem iusti pretij, cum sit ita dispositum praedict. iure canonico, excepto dubio euentu, non enim pretio vendere possum commoditate vel necessitate emptorum, vt frequentius DD. probant & tenent Sanct. Thom. & Scotus recepti secundum Navar. in cap. fin. de vsur. n. 38. quia huiusmodi contractus non sunt pendendi ex vtilitate accidentali proueniente, vel emptoribus, vel venditoribus, vel reipublica, sed ex natura ipsorum, quicquid contrarium tenent Salyc. & Decius ubi supra, d. conf. 111. num. 8. & 12. sic limitantes, & male, dicta nostra iura.

36 Quarto, quia nullam Rempublicam totius orbis t legimus diuersa pretia constituisse mercibus a suis ciuibus vendendis praesenti pecunia & ad creditum, sed semper taxat idem pretium de praesenti vel ad creditum soluendum: Non igitur licebit aliud seruare in illis mercibus, quibus pretium a Republica vel Rege taxatum non est. Quinto, quia eadem ratio prohibitionis militat hoc casu, quae in reliquis, nempe, quando merces communitur etiam venduntur pecunia praesenti, sicut ad creditum, fingitur enim solum pretium, & postea numeratum emptori sub vsuris illius pluris, quo carius ad creditum sibi vendita fuerunt: Quia licet illam in promptu non haberent, fingitur tamen habuisse, cum possent eam habere, praecipue moderatorem quam in promptu, licet raro ille merces vendantur in illa ciuitate vel oppido, sique ratio, cui nititur Salyc. contrarium tenens, est nullius vigoris & momenti, non enim ad praedict. fictionem & fraudem vsuram inspiciendum est, quod emptores pecuniam non habeant in promptu ad soluendum, quia hoc fecit semper con-

tingit

tingit in ementibus ad creditum, siue reperiantur pecunia praesenti ementes, siue non, sed quod carius multo ad creditum merces vendantur, quam in promptu, vt communitur DD. concludunt. Quare licet verum sit in specie nostrae quaestiones, emptores non reperiti qui praed. merces velint emere pecunia statim soluenda, hoc verum est illo pretio cariori, quo ipsi mercatores eas ad creditum vendunt vltra latitudinem iusti pretij; moderato tamen pretio, hoc est, iusto & communi infra latitudinem ipsius, forte plures erunt, qui sibi coemere velint: sed quia venditores maius multo pretium desiderant atque exposcunt, emptores praesentis pecuniae non inueniunt: culpa igitur adest ex parte mercatorum vendentium, imo potius nimia auaritia, quae propter hoc eis non licet. Sextò t & vltimo, quia si merx venditioni exponitur, & non reperiantur emptores, nisi paruo & infimo pretio eam emere volentes, consequitur inde, in illa Republica emere huiusmodi parui pendendi: sicut è contra, si multi reperiantur emptores, qui magno pretio illam ement, signum esset, eam mercem plus aestimari: sicut ergo in hoc casu iustum pretium illius mercis esset maius, illudque posset iuste venditor pro ea recipere, ita in illo parua pecunia dicitur iustum pretium eiusdem mercis, ac proinde eo debet esse contentus, si illam vendere velit, siue in promptu, siue ad creditum: & in terminis hanc partem tenet Ioan. a Methymna de resit. d. q. 38. causa 6. & Ant. a Cordub. d. q. 84. in 2. opin. in vers. lo reuero, & D. Soto lib. 6. de iust. & iur. q. 4. art. in 3. argum. & simul in responsione ad 4. * & est tutior secundum Couar. ubi supra. Idem in venditionibus grossis, hoc est, de por iuncto en gruesas partidas, 39 probat Mercad. ubi supra lib. 2. c. 13. fol. 76. vbi t infra latitudinem iusti pretij, vsque ad rigorosum pretium permittit vendi, quamuis ad creditum infimo, eodem modo, t hoc est, de por iuncto, in promptu vendantur, nempe, a quatro, o cinco por ciento auendolo de fiar, non tamen est sumendum pretium, quo minstatim venduntur, quamuis in promptu, quia hoc modo, scilicet minutatim, carius licet eas iuste vendere ratione laboris & administrationis, item & diminutionis mercium, non vero si simul omnes vendantur.

40 Hoc tamen t limitat Soto ubi supra, quem refert & sequitur Cordub. etiam ubi supra, in mercibus maritimis, quae nisi in magna copia aduehi non possunt, quia cum totum nauis onus vendi simul nequeat praesenti pecunia, sed expectandum sit tempus, quo emptores eadem valeant merces minutatim distrahere, iustum pretium erit, quod in futurum, hoc est, in creditum promittitur, quamuis maius illo sit, quod statim numeratur: Qua ratione idem esse videri dicit in simili- 41 bus mercibus, quae sine graui prauidicio reipublicae vendi non possunt, nisi in magna quantitate ad creditum, veluti in piscatu marino in portu maris; Nam, vt inquit Soto qui naues eiusmodi mercibus onerant, necesse est, vt partim credito coemant, ob idque & sperare eis licet etiam in portu aliis mercatoribus eo simul pretio vendere, quod ex ipsis minutatim venditis conficiendum est.

42 Haec autem limitatio quamuis aequa videatur, mihi non arripit, non enim video vllum vrgens fundamentum, quo probetur, quinimo priora sex, quae iecimus aduersus opin. Salyc. & sequacium consimilem, quamuis in diuerso casu loquentem, maxime contra praefatam, de qua agimus, limitationem alstringunt. Praeterea nulla recta ratio differentiae constitui potest inter merces maritimas & alias, si enim ille in magna quantitate sunt, vel vendantur simul eodem pretio, quamuis rigoroso ad creditum, quo praesenti pecunia, quamuis vtiliori pretio vendantur, sic simul iunctae, & sic intra

43 latitudinem iusti pretij; Quandoquidem negari non potest, imo fatetur Soto, solere etiam vendi in promptu, quamuis raro, aut in partes iusto pretio distraharunt. Sumere t autem pretium iustum familium mercium minutatim venditarum ad venditas omnes simul ad creditum, cum hac dissimilia fiat & idem diuersa pretia iusta singula habeant, non videtur licitum nec tenendum, vt rectius meo iudicio probauit Mercad. ubi supra. & item c. 14. fol. 79. in vers. ay orros mas humanos, loquens generaliter in mercibus de por iuncto venditis, licet non exprimat de maritimis: hoc tamen, quod maritima sint, diuersum ius in rigore iustitiae non constituit: Quare verius indistincte reputo, tendendum contra Salyc. & Decium ubi supra, per supra-dicta. Non miror, Decium contrarium tenuisse, quia id fecit consulendo in fauorem suae partis, vbi etiam alia concurrebant, vt ibi per eum: Salycetus autem in fine quaestiones dicit, intentio tamen eorum (scilicet venditorum huiusmodi) multum attenditur propter fraudes: Haec namque intentio, vt ex superioribus patet, in venditis carius ad creditum deprauata est, atque ideo peccat & ad restitutionem in foro animae tenentur, vt vidimus & probant dict. cap. in ciuitate, & c. consuluit, & c. nauiganti, de vsur. quare nescio, quo spiritu potuit dicere Salyc. videri sibi procedere a se dicta de mente c. nauiganti, de vsuris, cum potius verba & mens d. text. in finali parte sint contraria, & apertius in d. e. in ciuitate, & in d. c. consuluit, nunquam igitur est fidendum in verbis & opinionibus periculosis Doctorum, sed in solidis iuris fundamentis ac rationibus radicalibus Legislatorum.

44 Ex quibus t omnibus inferitur, idem esse dicendum in lanis, quas in Hispania mercatores emunt anticipata solutione, eas in Italiam vel Flandiam vendituri, non enim eas fas erit carius in diem, quam numerata pecunia vendere vltra latitudinem iusti pretij, vt habet communis omnium sententia, vt testatur Cordub. in sua summa, q. 85. in responsione ad secundum dubium, quamuis ipse magis in assertionem inclinans fluctet, relinquens Praelatis ac Doctoribus iudicandum, sed res est expedita ac clara in partem negatiuam cum communi, ex dictis cap. in ciuitate, & cap. nauiganti, quod enim contra adducitur a praefato auctore nihil valet.

45 Ex superioribus t etiam dubia redditur sententia eiusdem Dominici a Soto lib. 6. de iust. & iur. quest. 4. art. 1. col. final. tenentis, posse licite absque labe vsurae emi lanas a pastoribus vel dominis gregum anticipata solutione, vilius, quam cum traduntur, valeant, dummodo non anticipetur solutio, nisi per duos, aut tres menses, quando solet fieri herbarum solutio, aut ad plurimum intra eundem annum, quo sunt lanae recipiendae: scus si in alterum annum, vt ratione tant longae dilationis minoris emanat, quia tunc esset manifesta vsura: & ratio praedictae permissionis est, quod merces ipsae natura sua hoc exigunt, nempe, quod sumptus pascenti tam numerosos greges, eorum domini ferre nequeunt, nisi ex ipsa nutrienda lana praesens sibi subsidium comuniant; & praeterea, quia forma huiusmodi foeti adeo iam & vsu percrebuit, vt ipsi etiam pastores, in quos grauenam tendit, remanant aliter vendere; Quam sententiam latissimè ex pluribus nitiur probare ac defendit nimis proluxè fati stiuolis rationibus Ant. a Cordub. d. q. 85. per totam, & prius simpliciter q. 84. in fine. Hoc namque videtur expressè repugnare Pontificiae decisioni text. in d. c. nauiganti, in 2. p. in vers. ille quoque, vbi t ita demum permittitur emptio frumenti, vini vel olei minori pretio, quam valeat, quando dubium est verum simile, vtrum plus vel minus tempore traditionis pretij sit iustitiam; Ergo cessante

fante hoc dubio, pro ut vere cessare præsupponimus in præfata specie lanarum, minime erit permilla nec licita emptio minoris facta, quam infimo pretio anticipata solutio, sicut nec frumenti, vini vel olei, vt in his idem Soto *vbi supr. cap. 15. folio 82. nisi in casu liciti interesse luci cessantis vel damni emergentis, concurrentibus his, quæ supr. diximus: Et quæ communis omnium sententia. Nec ratio differentia à Soto assignata inter emptiorem lanarum ex vna parte, & frumenti & aliorum huiusmodi ex alia, anticipata solutio factam, concludens est nec vrgens: Quare sicut non licet ab agricolis, anticipata solutio minoris, infimo pretio emere frumentum ex sua proxima frumenti collectione, nisi existente prædicto dubio vel licito interesse, de quo supra, ita nec etiam lanas: Nec enim ratio commoditatis aut necessitatis venditoris est causa agendi pretium, nec iuxta eam est pendenda huiusmodi contractus, sed ex natura ipsius, quæ est (vt nisi in exceptis casibus, nempe existentia dubij euentus prædicti, & interesse licito, de quo supra) sit illicitus & vltarius. Præterea distinctio Soti in anticipata solutio duorum vel trium mensium, vel ad summum eiusdem anni, vt hoc casu liceat emere lanas minori pretio, secus quando anticipatur solutio in alterum annum, non est essentialis: Si enim hoc non licet, nec illud, cum habeat suam rationem prohibitionis respectiue, sicut hoc: Quare aduersus præfatos auctores indistincte est tenendum, minime licere emere lanas anticipata solutio minoris pretio, quam infimo, quod ipse habet, & constat habituras tempore detractionis & traditionis earum. Præterquam t̄ primo, si verosimile dubium sit, plus vel minus valituras tempore traditionis. Secundo, ratione veri damni emergentis vel luci cessantis concurrentibus tunc prædictis n. 25, vt latissime comprobatur atque resoluit respondens fundamētis contrariis Cordubæ, eumque increpans Magister Palacio *vbi supr. d. c. 3. pag. 245. &**

46 *47* *48* *49* *50* *51* *52* *53* *54* *55* *56* *57* *58* *59* *60* *61* *62* *63* *64* *65* *66* *67* *68* *69* *70* *71* *72* *73* *74* *75* *76* *77* *78* *79* *80* *81* *82* *83* *84* *85* *86* *87* *88* *89* *90* *91* *92* *93* *94* *95* *96* *97* *98* *99* *100* *101* *102* *103* *104* *105* *106* *107* *108* *109* *110* *111* *112* *113* *114* *115* *116* *117* *118* *119* *120* *121* *122* *123* *124* *125* *126* *127* *128* *129* *130* *131* *132* *133* *134* *135* *136* *137* *138* *139* *140* *141* *142* *143* *144* *145* *146* *147* *148* *149* *150* *151* *152* *153* *154* *155* *156* *157* *158* *159* *160* *161* *162* *163* *164* *165* *166* *167* *168* *169* *170* *171* *172* *173* *174* *175* *176* *177* *178* *179* *180* *181* *182* *183* *184* *185* *186* *187* *188* *189* *190* *191* *192* *193* *194* *195* *196* *197* *198* *199* *200* *201* *202* *203* *204* *205* *206* *207* *208* *209* *210* *211* *212* *213* *214* *215* *216* *217* *218* *219* *220* *221* *222* *223* *224* *225* *226* *227* *228* *229* *230* *231* *232* *233* *234* *235* *236* *237* *238* *239* *240* *241* *242* *243* *244* *245* *246* *247* *248* *249* *250* *251* *252* *253* *254* *255* *256* *257* *258* *259* *260* *261* *262* *263* *264* *265* *266* *267* *268* *269* *270* *271* *272* *273* *274* *275* *276* *277* *278* *279* *280* *281* *282* *283* *284* *285* *286* *287* *288* *289* *290* *291* *292* *293* *294* *295* *296* *297* *298* *299* *300* *301* *302* *303* *304* *305* *306* *307* *308* *309* *310* *311* *312* *313* *314* *315* *316* *317* *318* *319* *320* *321* *322* *323* *324* *325* *326* *327* *328* *329* *330* *331* *332* *333* *334* *335* *336* *337* *338* *339* *340* *341* *342* *343* *344* *345* *346* *347* *348* *349* *350* *351* *352* *353* *354* *355* *356* *357* *358* *359* *360* *361* *362* *363* *364* *365* *366* *367* *368* *369* *370* *371* *372* *373* *374* *375* *376* *377* *378* *379* *380* *381* *382* *383* *384* *385* *386* *387* *388* *389* *390* *391* *392* *393* *394* *395* *396* *397* *398* *399* *400* *401* *402* *403* *404* *405* *406* *407* *408* *409* *410* *411* *412* *413* *414* *415* *416* *417* *418* *419* *420* *421* *422* *423* *424* *425* *426* *427* *428* *429* *430* *431* *432* *433* *434* *435* *436* *437* *438* *439* *440* *441* *442* *443* *444* *445* *446* *447* *448* *449* *450* *451* *452* *453* *454* *455* *456* *457* *458* *459* *460* *461* *462* *463* *464* *465* *466* *467* *468* *469* *470* *471* *472* *473* *474* *475* *476* *477* *478* *479* *480* *481* *482* *483* *484* *485* *486* *487* *488* *489* *490* *491* *492* *493* *494* *495* *496* *497* *498* *499* *500* *501* *502* *503* *504* *505* *506* *507* *508* *509* *510* *511* *512* *513* *514* *515* *516* *517* *518* *519* *520* *521* *522* *523* *524* *525* *526* *527* *528* *529* *530* *531* *532* *533* *534* *535* *536* *537* *538* *539* *540* *541* *542* *543* *544* *545* *546* *547* *548* *549* *550* *551* *552* *553* *554* *555* *556* *557* *558* *559* *560* *561* *562* *563* *564* *565* *566* *567* *568* *569* *570* *571* *572* *573* *574* *575* *576* *577* *578* *579* *580* *581* *582* *583* *584* *585* *586* *587* *588* *589* *590* *591* *592* *593* *594* *595* *596* *597* *598* *599* *600* *601* *602* *603* *604* *605* *606* *607* *608* *609* *610* *611* *612* *613* *614* *615* *616* *617* *618* *619* *620* *621* *622* *623* *624* *625* *626* *627* *628* *629* *630* *631* *632* *633* *634* *635* *636* *637* *638* *639* *640* *641* *642* *643* *644* *645* *646* *647* *648* *649* *650* *651* *652* *653* *654* *655* *656* *657* *658* *659* *660* *661* *662* *663* *664* *665* *666* *667* *668* *669* *670* *671* *672* *673* *674* *675* *676* *677* *678* *679* *680* *681* *682* *683* *684* *685* *686* *687* *688* *689* *690* *691* *692* *693* *694* *695* *696* *697* *698* *699* *700* *701* *702* *703* *704* *705* *706* *707* *708* *709* *710* *711* *712* *713* *714* *715* *716* *717* *718* *719* *720* *721* *722* *723* *724* *725* *726* *727* *728* *729* *730* *731* *732* *733* *734* *735* *736* *737* *738* *739* *740* *741* *742* *743* *744* *745* *746* *747* *748* *749* *750* *751* *752* *753* *754* *755* *756* *757* *758* *759* *760* *761* *762* *763* *764* *765* *766* *767* *768* *769* *770* *771* *772* *773* *774* *775* *776* *777* *778* *779* *780* *781* *782* *783* *784* *785* *786* *787* *788* *789* *790* *791* *792* *793* *794* *795* *796* *797* *798* *799* *800* *801* *802* *803* *804* *805* *806* *807* *808* *809* *810* *811* *812* *813* *814* *815* *816* *817* *818* *819* *820* *821* *822* *823* *824* *825* *826* *827* *828* *829* *830* *831* *832* *833* *834* *835* *836* *837* *838* *839* *840* *841* *842* *843* *844* *845* *846* *847* *848* *849* *850* *851* *852* *853* *854* *855* *856* *857* *858* *859* *860* *861* *862* *863* *864* *865* *866* *867* *868* *869* *870* *871* *872* *873* *874* *875* *876* *877* *878* *879* *880* *881* *882* *883* *884* *885* *886* *887* *888* *889* *890* *891* *892* *893* *894* *895* *896* *897* *898* *899* *900* *901* *902* *903* *904* *905* *906* *907* *908* *909* *910* *911* *912* *913* *914* *915* *916* *917* *918* *919* *920* *921* *922* *923* *924* *925* *926* *927* *928* *929* *930* *931* *932* *933* *934* *935* *936* *937* *938* *939* *940* *941* *942* *943* *944* *945* *946* *947* *948* *949* *950* *951* *952* *953* *954* *955* *956* *957* *958* *959* *960* *961* *962* *963* *964* *965* *966* *967* *968* *969* *970* *971* *972* *973* *974* *975* *976* *977* *978* *979* *980* *981* *982* *983* *984* *985* *986* *987* *988* *989* *990* *991* *992* *993* *994* *995* *996* *997* *998* *999* *1000*

lutione, hodie l. Regia 17. tit. 11. lib. 5. Noua Collect. Reg. iustissime ad euitandas fraudes & vlturas tantum est; Que quatenus mercari pan adelantado lo pague al precio que valiere comunmente en la cabeza del lugar do comprare, quinze dias antes, o despues de nuestra Señora de Septiembre, no embargante que lo ayen comprado a menos precio. Et intelligendum est de pretio, quod magis durauerit illo tempore, quia hoc est generale & commune pretium, vt tenet Mercado, *vbi supr. d. cap. decimoquinto, fol. 82.*

Postremo in calce huius capituli illa quæstio examina-nda se nobis offert, cuius casus frequenter in hoc Episcopatu contingit; An absque vsura liceat tempore abundantie frumenti, quo minoris venditur, nec illo pretio sunt emptores, qui magnam quantitatem eiusdem velint simul emere, possint habentes frumentum vetus, illud dare in permutationem noui, recipiendi tempore colligendarum messium, quod vulgo dicitur, darlo a renouar? Et videtur id minime licere; Nam peti- tur frumentum melioris qualitatis, quam traditur, præcipue, si habere intentionem deprauatam mu- tuans, vt tenet Abb. in d. cap. nauiganti, num. 20. in fine, & Dominicus à Soto lib. 6. de iustitia & iure quæst. 1. art. 2. pag. 504. colum. 1. versio. at vero, addens, non re- ferre, vtum nouum vilius vendatur, & quod ideo isti reconditores frumenti charitatem exoptantes, reno- uatorum nomine infamantur: mutant enim frumen- tum submarchidum & corruptioni proximum, vt red- datur eis nouum: atque idem in oleo & vino & aliis cenfer, vt si subacidum vinum mutetur, vt dulcius reddatur: Quod si quis ducit bona intentione mu- tuauit suum frumentum, licet tempore solutionis varietur pretium, videtur quod secus conscientia recipere illud possit. vt tenet Abb. *vbi supr.*, in prin- cip. dicit. num. 20. Sed nihilominus pro vera & cla- ra huius quæstionis dilucidatione atque resolutione, sunt considerandi ac distinguendi sequentes casus.

Primus est, t̄ quando mutatur seu datur granum vt ad renouandum, seu in nouum recipiatur, ne frumentum pereat, & vt recipitur gratia fiat, & sic bona intentione, & tunc non est vsura, si granum ve- tus tantum, vel plus valet tempore, quo traditur, vel quo reddendum est, quantum nouum cum redditur: vel saltem id sit verosimile, quia licitum est vnicuique, vitare damnum suum sine damno alterius: ita tenent Raymund. Goffred. & Hostiens. cosque referens Syl- uest. in summa, verbo, vsura, primo, quæst. 17. Idem probat Ioan. à Methymna de vsuris, quæst. 38. Nam post sextam causam carius vendendi, in cap. incipienti, est itaque in summa tenendum, solum, antependunt vsuris, est igitur, & c. colum. penultimæ fol. 133. in versio. si de- nique datur, & c. & Nauar. in Manual. cap. 17. num. 224. Ampliatur t̄ iste casus, vt etiam in eo licitum sit plus expetere de nouo grano, si vetus melius existimaretur vel plus valeret quam nouum tempore redditionis, se- cundum Syluestrum *vbi supra*: idem probat Nauar. d. num. 224. dummodo verosimiliter plus non valeret nouum reddendum, quam valeat vetus tempore mu- tui, vel quando erat vendendum, quia nihil hoc casu lucratur mutuans ex mutuo, nec perdit recipiens, iux- ta mentem communis in d. cap. nauiganti, & in d. cap. in ciuitate.

Quinimo t̄ amplius existimat eadem ratione Me- thymna *vbi supra*, in versio. inde sequitur, nempe, quod si tempore mutationis valet faneca octo regalia, & tunc est verosimile, quod tempore solutionis valebit quatuor, & infra, poterit mutuator conuenire, vt pro singulis fanecis duplices reddantur, dummodo verosi- mile dubium sit, plus minuse duas fanecas tunc vali- turas,

turas, quam tempore mutationis valeat vna, quia pe- inde est, ac si mutator daret octo regalia mutuario pro duabus fanecis, postea, quando duplo minus vale- bunt, soluendis. Secundo t̄ ampliatur prædictus primus casus, vt procedat etiam, non solum quando constat vel est verosimile, quod prædict. granum vetus tantum, vel plus valebit tempore, quo reddendum est, quan- tum nouum, cum redditur, sed etiam si id non constet, modo dubium sit, an frumentum nouum sit plus vel minus valiturum, quam vetus, vel quando, qui dat frumen- tum vetus, esset illud seruaturus in tempus mes- sium colligendarum, habita ratione eius, quo pluris eo tempore solet estimari frumentum nouum, quam vetus, vt probatur Conar. lib. 2. variarum resole. 3. n. 6. *prop. finem, in versio. etiam*, dicens, hoc deduci com- mode posse ex prædictis constitutionibus: nec diffen- tit Methymna *vbi supra* in duobus locis allegatis: sequit- ur vtumque Nauar. d. c. 17. n. 219. addens ad secun- dum, scilicet quando etat seruaturus, & c. dummodo libertas liberandi sit intra terminum, debitori non sit sublata, secundum Angel. in sua summa, verb. vsu- ra, l. 5. 36. dicentem, secus esse alias, nempe si prædicta libertas suffragetur, quia tunc erit vsura, etiam si alias esset seruaturus.

Secundus t̄ casus principalis est, quoties mutans granum vetus, id facit principaliter, & vt melius seu præualens recipiat, & tunc est vsura, quia intenditur vtilitas ex mutuo: ita tenent veteris communiter Doct. secundum Syluestr. *vbi supra*, quem in hoc sequitur Nauar. d. n. 224. dicens, esse peccatum mortale cum obligatione restituenti, præmaximè secundum ipsum, si aufert mutuario libertatem soluendi, quando voluerit, obligans eam ad nouum reddendum. Am- pliatur, vt t̄ procedat non solum, quando scitur, nouum melius & pretiosius futurum, vt in casu prædicto, sed etiam si verosimiliter creditur, plus frumentum vali- turum tempore redditionis, & non erat vsque ad il- lud tempus seruaturus, quia aliquid ex mutuo lucra- tur: sed si verosimiliter dubitabat, plus vel minus illo tempore valiturum, vel si vsque ad illud tempus erat seruaturus, & libertatem non auferat intra terminum soluendi, secundum Nauar. d. c. 7. n. 219. & ante eum Methymna prædictam ampliationem simpliciter te- nuit, *vbi supra, versio. secus.*

Tertius t̄ casus principalis est, quando granum, quod mutatur, est iam putrefactum vel corruptioni proximum, aut submarchidum (vel eadem ratione im- putatum) pro alio nouo (vel etiam veteri, meliori tamen) & tunc, quia huiusmodi frumentum, quod mutatur, patum valet, quia habet in se vitium patens & inten- ditur vtilitas ex mutuo, non est licitus contractus, sed potius vsurius, ac proinde peccatur mortaliter cum obligatione restituenti, quod plus valet nouum sol- uendum: & in hoc casu & sensu rectè procedit, quod ex Abbate & Dominico. à Sot. in princ. huius quæstionis supra retulimus, quod & tenent Ioan. de Lig. vt refer- rit Syluestr. *vbi supra*. Et t̄ quod prædictum est in grano, dato ad renouandum, procedit etiam in vino, oleo & aliis similibus eidem rationibus in suo casu expressis, quod tenet Domin. à Soto *vbi supra*, & idem in tel- liquis respectiue dicendum est.

Ex quibus t̄ omnibus inferitur, tempore egestatis frumenti licitum esse id estimatum, vt tunc commu- niter valet, alteri mutare in frumento reddendum eo pretio, quo tempore solutionis valuerit, iuxta mentem Doctorum in dictis Pontificiis constitutionibus, dum- modo circa valorem frumenti reddendi attendatur ad decisionem l. 17. tit. 11. lib. 5. Nou. Coll. Reg. de qua supra, vbi habetur, vt non possit emi frumentum ante tem- pus collectionis ipsius, nisi eo pretio, quo communi-

ter valuerit quindiebus ante vel post Natiuita- tem Beate Mariæ Virginis: ita Nauar. d. c. 17. n. 224. quod probat.

Non autem t̄ meo iudicio liceret mutare frumen- tum appretiarum, vt tunc valet, soluendum tamen tem- pore constituto inter partes in frumento vel in dicto pretio, pro vt mutans maluerit & elegerit: Hoc enim casu creditor ius suum tutum ac securum facit, petico- lloque futuri euentus non submittitur, debitor vero eidem subicitur: Quare cum non feruetur aequalitas inter vtrumque, illicitus erit huiusmodi contractus, vt ex mente omnium hac de re agendum colligitur. Secus erit, si per contractum electio mutuari

n. 408. quod si emo ab aliquo fructus fundi certo pretio ad vitam meam licet possibile sit, quod ego vivam tantum, vt ex longa vita plus percipiam ex d. fructibus, quam sit pretium a me datum: Atamē, quia etiam possibile est, quod moriar in modico tempore, ideo propter titam incertitudinem valet talis contractus, nec dicitur vsurarius. Hinc etiam deducitur, licitam esse emptionem ꝑ annuorum reddituum ad vitam ementis, imo iustiore ceteris esse hunc contractum, propter incertitudinem & damni, vt in d. in iudicib; motto siquidem emptore, non est reddenda fors ipsa, que in pretium data fuerit, vt probant Innoc. & DD. in d. c. in ciuitate, Oidrad. conf. 207. Abbas. disp. 5. col. pen. Florent. 2. p. sue summa. tit. 1. c. 8. §. 11. Ioan. a Medin. de res. cap. de censu temporalis, Contad. de contract. q. 81. sequitur Roman. vbi supra, & Ant. Capicinus decis. Neapolitan. 19 n. 16. Est communis secundum Couar. qui alios refert lib. 3. vbi supra. res. sol. cap. 7. n. 3. vbi eam probat aduersus Henricum Gandauensem, qui eum contractum vsurarium esse censet, & ita est tenendum, modo pretio iusto emptore fiat. Inferitur etiam ꝑ d. d. iudicib; quod si aliquis ex pacto inito cum Monasterio vel priuato, dederit certam pecunie quantitate, vt cum alio toto tempore vite suae, si huiusmodi alendus cito moriatur, antequam sit consumpta pecunia data vel promissa, Monasterium vel priuatus poterit eam retinere atque exigere insolutam, propter incertitudinem, poterit enim ille vivere parum & multum: Ita tenet Marfil. vbi supra, n. 409. dicens, id velle scribentes in d. c. cap. nauigantis, & alios, quos ibi refert. Cum igitur hæc ita se habeant, & fructus siue redditibus præbenda, beneficij vel præstimonij Ecclesiastici futuri in specie nostra tempore conductionis sunt incerti, præcipue si ipsi tunc non apparebant, quia verisimiliter dubitatur, an plures vel pauci nascerentur, ratione huius incertitudinis contractus huiusmodi locationis, est paruo pretio anticipato factus validus & licitus erit.

His tamen omnibus non obstantibus, in casu nostra questionis contrarium existimo verius & tenendum, imò quod huiusmodi contractus in foro animæ sit illicitus & cum peccato fiat, ac proinde conductus in conscientia teneatur ad restitutionem & supplementum iuste mercedis ac pretij honesti locationis, etiam si non constet ob anticipatam solutionem multo minoris conduxisse, sed tantum factum ipsum, cum immodica læsione clerici locatoris, vt patet ex d. cap. in ciuitate, & cap. consultat. de vsur. & ex supra latius traditum in proposito. In foro autem exteriori contractus huiusmodi ex sui forma non iudicabitur vsurarius, quamuis abstinendum sit à similibus contractibus, vt ex supradictis apparet, & præterea propè in terminis probat Rom. conf. 423. vers. tertio dubitatur, loquens in oliuaria locata propensione nouem annorum florenorum, quæ communiter reddebat summam 100. florenorum, & inquit Doct. Anton. de Padilla in leg. 1. Cod. de rescind. vendit. num. 15. quod cum locatio dependet à vitibus fortunæ, non habet locum beneficium d. leg. 2. vt in conductione fructuum beneficij vel præstimonij, vel quararum Regiarum, vel Episcopatum (non tamen agit de solutione anticipata, sed simpliciter loquitur in locatione alius præstimonij vel beneficij, quia tunc sola spes empta videtur, quæ quidem vendi potest, vt in l. nec emptio. ff. de contrahend. emptio. & in l. si actum reus ff. de actio. empti. quod duobus modis limitat. Primo, vt non procedat, si spes illa æstimata à principio, excedat dimidiam partem iusti pretij. Nam hoc casu habebit locum legis illius beneficium, secundum Cremon. ibidem, n. 119. Secundò, vt intelligatur, si fructus parui, aut dimiuti nascantur: secus

si propter casum fortuitum inopinatum omnino non nascerentur, per l. ex conducto, §. 1. l. si merces, §. vbi maior, ff. locati. Intellige, nisi casibus fortuitis opinatis & inopinatis renantiatum fuerit, iuxta latè tradita per Pinellum in l. secunda, 1. part. cap. 3. num. 26. & seq. C. de rescind. vendit.

Si vero constiterit, ob anticipatam solutionem multo minori pretio, quam redditus communiter valeret, pretio iusto debito tempore soluendo conductos fuisse, tunc proculdubio erit contractus vsurarius, iuxta receptissimam omnium sententiam, de qua supra, n. 16. egimus.

Præterea superiora probantur, quoniam est huiusmodi locationes fructuum siue reddituum Ecclesiasticorum incertitudinem continere videantur ratione futuri euentus, vt prædiximus, nihilominus tamen singula præbenda ac beneficia Ecclesiastica, & sic spes ipsa fructuum suum communem valorem à communiter accidentibus habent ex præteritis annis, in quibus in futurum iudicatur, & ita communiter sciatur atque refertur, quod præbenda talis Ecclesiæ Cathedralis reddunt singulis annis tantum, & sic de ceteris: quo fit, vt ad sciendum, quæ dicatur ꝑ iusta locata pensio, seu merces, in dubio consuetudo præterita inspiciatur, scilicet, quanti ea res, seu sibi similis locari solita est, iuxta gloss. per text. ibi, in Lexcep. gloss. fin. C. locati, & ibi communiter DD. & Platea in §. actionum, column. 4. ad finem num. 19. de actionibus, & ibi Iaf. num. 190. idem Iafon in l. in summa, §. in frumentum, n. 2. in fin. ff. de condit. indeb. est communis secundum Arian. Pinell. in reposit. rubric. C. de rescind. vendit. 2. p. cap. 3. n. 4. & tenet Roman. d. conf. 423. in princ. Sic etiam alias valor beneficij expressus in impetratione ipsius secundum stylum ꝑ Rotæ, ita probari debet, nempe quod beneficium, de quo agitur, tempore promotionis, & oneribus deductis, valet in portatis centum, & quod per quinque annos ante & post, anno sterili cum sterili computato, communis æstimatione tantum valet, & ita testis de tali beneficio notitiam habens dicit se scire, & si plus vel minus valet, ipse non ignoret, vt probat latè Gomez. in regul. de valor. expr. in impet. benefic. quæstio. fin. pag. 950. Cum igitur beneficiorum Ecclesiasticorum redditus æstimari à communiter accidentibus possint, clerici autem eorum possessores egestate oppressi multo minoris ob anticipatam solutionem eos locant, confectur, illicitos esse huiusmodi contractus ex parte conductorum, iuxta distinctionem præfatam: nec scientia eorum veri valoris conductores excusat, Quandoquidem non ex libera voluntate id faciunt clerici, sed potius inopia coacti.

Supereft modo respondere ad fundamenta contraria verisimilibus dubij atque incertitudinis fructuum nasciturorum, quod videbatur contractum licitum facere, & à labe vsuræ parum se his vnico verbo peremptorie respondeo, procedere nempe, quando tempore contractus probabiliter poterat dubitari de eo, quod venturum esset, quia status præcedens inconstantis erat, secus verò, si tempore contractus communione quodammodo certum erat & indubitabile videbatur, aliquid esse venturum, quia tunc admittitur petitio & rescinditur contractus, etiam si aliter euenire possit, iuxta glossam notabilem in d. l. si ea lege, C. de vsur. gloss. final. & ibi Bald. in princ. Alberic. Salycet. & Paul. de Castr. in d. l. si ea pactione, decis. Pedemont. 95. num. 52. in fin. Cum igitur beneficia hæc Ecclesiastica habeant suum communem propè valorem annuum, consequitur, vt in eorum locationibus minori multo pretio anticipata solutione celebratis minimè supradicta locum habeant.

Accedit

Accedit præterea, quod prædicti conductores reddituum Ecclesiasticorum, nisi pro certo haberent, & veluti præ manibus, lucrum magnum sibi ex huiusmodi locationibus obtulerunt ob anticipatam solutionem, quam faciunt, minime vellent pecuniam suam periculo alicui subicere, præcipue anticipatis solutionibus, quasi tempus illud, quod ea præueniant, ampliori valore fructuum commutent: & quamvis contractus huiusmodi (nisi ob anticipatam solutionem is fiat) in sua forma non sit iudicandus vsurarius, vt prædiximus, continet tamen peccatum, & ideo ad restitutionem in conscientia obligat: Nemo enim eo in foro negabit, quin ob prædicti præuentionem temporis, in soluendo pretium seu mercedem locationis, minoris multo emit prædicti fructus quam alias esset emprurus, & nisi coexiguo pretio sibi darentur, pecuniam suam minimè præuolueret: constat igitur in anima iudicio de deprauata intentione, quamuis in foro exteriori aliter iudicandum sit, nisi constet ob anticipatam solutionem minoris multo locationem celebratam fuisse. Postremo euidentia res hæc claret: Nam si incertitudo illa fructuum futurorum in proposito sufficeret ad efficiendum contractum putum, licitum ac iustum, idem esset dicendum, quamuis præbenda vel beneficium quotannis communiter mille aureos reddere solita vel solitum, ducentis, & sic in quinta tantum parte pensionis solita locaretur: Quandoquidem ita potest esse incertitudo respectu quatuor partium, sicut respectu duarum vel trium: præmaxime, cum cum incertitudinem conductores ipsi præuaricia infatigabili fingant ac commentantur absque alicuius boni viri arbitrio: Consequens est fallum manifeste: Igitur & antecedens: Resoluo igitur, conductores prædictos minimè tutos esse in conscientia, sed peccare mortaliter & ad restitutionem teneri: Quintimo & in iustitia & foro exteriori, si constiterit ob anticipatam solutionem multo viliori conduxisse prædicti redditus Ecclesiasticos, contractus erit vsurarius iudicandus, & etiam si hoc non constet, si tamen læsio ultra dimidiam iusti pretij excedat, æstimata spe illa à principio iuxta communem valorem præcedentium annorum, vt prædiximus, habebit locum rescisso contractus.

Nihilominus ꝑ tamen non sunt ita amate ac stricte intelligenda supradicta: Nam ratione periculi verisimilibus, cui similia subsunt, non vero ratione anticipatae solutionis dimiui possit de honesto pretio, quod rationi & arbitrio boni viri congruet, iuxta tradita per Nauar. in Manual. cap. 17. n. 227. in emptione frumenti, vini vel olei alicuius fundi, aurequam fructus essent maturi, quæ in hac specie conuenit ac conducere etiam videntur, dum tamen caute & moderate id fiat: Sed quia auaritia atque obsecrata cupiditas reatum arbitrium plerumque habere non sinit, consulo pro animarum salute, vt fideles Christiani ab huiusmodi contractibus se abstineant, nisi iusto ac honesto pretio ij fiant.

Illud profecto ꝑ latrocinij genus maximè execrandum est, quod mercatores vtuntur, qui pecunia credita vendunt indigentibus & aliqua egestate oppressis merces carius ultra rigorosum ac supremum pretium, quod in promptu valeant, pacto vel proposito principali, vt statim ab eo emant per se vel alii viliori pretio de præteriti soluendo; Hoc namque impium atque contra charitatem Christianam est & iustis penis vindicandum: appellatur namque vulgo, Mobbata: ita tenet Caiet. in sua summa, verbo, vsura in 7. casu, circa finem, dicens, esse vsuram palliatam: & D. Couar. lib. 2. vbi supra. res. solut. c. 3. n. 6. ad fin. & Nauar. d. cap. 17. n. 241. vbi limitat, quoties venditio prædicti

ꝑ ad creditum fieret pretio rigoroso, emptio vero iustissimo, & sic ambo contractus cadent infra latitudinem iusti pretij, quia hoc casu non audeat condemnare mercatorem huiusmodi, vt asserit Florent. 2. p. sue summa. tit. 1. cap. 8. quinimo laudandus esset si hoc faceret, prospiciens, quod nemo tantummodo ei reddat pro illa merce, præcipueque si eam emeret iusto mediocri pretio, cessante in omnibus omni fraude vsuræ & iniustitia pretij, quamvis hoc periculosum esset famæ mercatoris id facientis, quinimo & conscientia eiusdem vendendo ad creditum illi, quem scit eo genere emendi & vendendi vti velle, hoc est, Mobbata, ad malos & vanos vsus.

SVMMARIVM.

- 1 Restitutio ablati vel debiti necessario statim facienda est vel dilatio petenda ab eo, qui usum rei concedere potest.
- 2 Possunt tamen species & casus aliqui constitui, in quibus boni viri arbitrio restitutio differri potest.
- 3 A restitutione excusatur quis propter inopiam.
- 4 Non tenetur quis ad restitutionem quoties re aliena indiget ad subleuandam propriam necessitatem in casu extrema necessitatis.
- 5 Constitutus in extrema necessitate potest rem alienam iniusto domino capere & retinere nisi creditor sit in eodem articulo extrema necessitatis.
- 6 Debitor, qui habita ratione status & indigentia grauissimam patitur ex restitutione iacturam, an teneatur statim restituere vel possit restitutionem differre si modo leue detrimentum ex ea dilazione immineat creditori? & n. seq. tres opiniones referuntur: eligitur, n. 7. negatina, dummodo debitor hoc casu parsimonia utatur in vindicando, vt in n. 8. Limitatur secundo si creditor, vel is cui est facienda restitutio, sit in equali necessitate, vel incommodo res sua, vt in n. 10. & n. 11. agitur, an id procedat in debitore bone fidei & de re aliena exiante, n. 12.
- 7 Confessorius non debet secundo absolueri penitentem, qui tenetur ad restitutionem statim faciendam, & eam primo iussu omisit, nisi actualiter nunc satis faciat, præterquam in casu hic relato.
- 8 Debitor, qui induci non potest ad restituendum, cum possit, an sit absoluehdus cum cautione, quod certo tempore restituat?
- 9 Differentes restitutionem vsque ad mortis articulum, cum possint & teneantur eam in vita facere, versantur in aperto periculo & nonnunquam in manifesto iacent peccato.
- 10 Idem est dicendum de illis, qui ambigentes, an id, quod habent, alteri debeant, nolunt in sua vita id iudicio decernere.
- 11 Idem est de illis iudicandam, qui sub mortis articulo, cum ipsi possint per se restitutionem facere, id renunt: arbitantes, sat esse id hæredibus iubere.
- 12 Hoc perissimum periculum in magnatibus immineat, quorum testamenta nunquam aut vix hæredes complent, sed satis se fecisse arbitrantur, vt quam restitutionem auius patri, & pater sibi testamento præcipit, eandem ipse alij recentibus onustam filio iubeat, quam ipse postea committat nepoti.
- 13 Limitatur, nisi debitor credat vere & pro certo, quod derentio talis non sit contra voluntatem domini, vel etiam contra ipsam inordinatam.
- 14 Limitatur secundo, nisi moriens omiserit restitutionem in vita faciendam, sciens eam suam hæredem melius futurum, proponens quod si aliud crederet, ipse statim restituere.

CAPVT XL.

De restitutione, an differri possit, ubi debitor, habita ratione status & dignitatis, gravissimam patereat ex restitutione iacturam?

- 1 **C**um restituatur quod ablato vel alias necessario statim faciendum sit, vel petenda dilatio ab eo, qui usum rei concedere potest, quia nunquam licet, nec momento temporis rem alienam domino inuito detinere: siquidem ea detentio peccatum est, & nunquam peccare licet: & præterea Leuitic. cap. 19. cauetur: *Non morabitur opus mercenarij apud te, usque mane*: quare hanc doctrinam tenet S. Thom. 2. 2. quæst. 62. art. ultim. & Florent. 2. part. sua summa, tit. 2. cap. 8. in princ. Sylvest. verb. restitut. 5. §. 1. D. Couar. in reg. peccatum, 2. part. restit. in princ. ¶ num. 1. quatenus nihilominus adhuc non semper sit necessaria præcisè restitutio alieni ad dimissionem peccati: possunt enim species & casus aliqui constitui, quibus boni viri arbitrio ipsa differri possit secundum S. Thom. & Caiet. d. quæst. 62. art. ult. quorum sententia communi omnium Theologorum consensu recepta est, vt ex infra citandis patet.
- 2 **S**pecies tamen certior atque præcipua est propter inopiam & paupertatem debitoris, ob quam quidem excusatur a restitutione, quia non tenetur quis restituere eo casu, quod non potest restitutionem animo deliberatam executioni mandare, secundum D. August. in Epistol. 54. & probatur in cap. quauquam, de usur. in 6. vbi gloss. etiam in d. regul. peccatum, & ibi Dynus & Anchar. col. 9. text. in cap. breni, & in cap. querelam, de iur. iur. D. Thom. ubi supra.
- 3 **I**mo non tenetur quis ad restitutionem, quoties re aliena indiget ad subleuandam propriam necessitatem, data ipsius debitoris extrema necessitate; siquidem eo casu posset rem alienam inuito domino capere, cap. si quis propter necessitatem, de furt. vt tenet Scoto in 4. distinct. 15. & Sylvest. verb. restitut. 5. num. 2. & Couar. ubi supra, num. 2. & omnes communiter id faciunt: nisi creditor sit in eodem articulo extremæ necessitatis: Nam tunc, saltem cum agitur de specie aliena, dominium semper remansit penes creditorem, secundum Nauar. in Manual. cap. 17. num. 60. aduersus summam Tabienam, verbo restitut. §. 4.
- 4 **S**uperest tamen videre; An idem sit censendum, ubi necessitas extrema non sit, sed tamen debitor, habita ratione status & dignitatis, gravissimam patereat ex restitutione iacturam, si modo leue detrimentum ex ea dilacione immineret creditori. Quæstio profecto sæpe contingens in praxi atque difficilis & conuoluens: In qua Adrian. in quarta sententia, de bello, cap. incipienti, aggreddor, quæstione sexta, & Ioan. à Methymna de restit. quæst. 5. late pluribus probant negatiuam sententiam nempe, in hac specie non idem esse, quod in illa extremæ necessitatis; Quinimo hoc casu teneri debitorem omnino statim restituere, cum possit, licet cadat à suo decenteri statu: tantum enim videntur excipere ad obligationem statim restituendi, extremam inopiam, quæ cogeret ad eleemosynam creditorem vel alium quemcumque hominem diuitem, iuxta tradita per D. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 14. num. 5. hanc etiam partem, vt in hac specie non habeatur respectus ne egeat, etiam si oporteret illum mendicare, & quod nihil possit retinere, nisi ea, sine quibus moreretur, tenentur Ricardus, Raymond. Hostiens. Innoc. & alij quos pro ea refert Syluester ubi supra, num. 1.
- 5 **S**ed contrarium, tamen imo quod iuste in foro animæ differatur restitutio, si ea fieri nequeat absque maximo debitoris damno, vt, quia oporteret res proprias ad restitutionem vili pretio vendere, vel in situ-

menta, quibus viuere, ad artem relinquere, si modo creditur ex hoc non patiatur detrimentum graue saltem, cum animo tamen & proposito restituendi, cum piimum possit, probat Archid. in cap. si res, 14. quæst. 6. & Ioan. de Neapol. quodlibet. 9. quæst. 22. Scoto & alij in 4. distinct. 15. Florent. in 2. part. sua summa, tit. 2. c. 8. Angel. verb. restitut. 3. n. 4. Sylvest. late summa, tit. 2. c. 8. & 3. vbi refert alios plures casus, in quibus is, qui decenter viuere, non tenetur statim restituere in foro animæ, etiam si dilacionem continere non possit, modo habeat firmum propositum restituendi in totum, & paulatim secundum posse restituat in parte temporibus suis: Eandem sententiam sequuntur ac probant Caiet. d. quæst. 62. art. 8. quæst. ult. & Anch. in d. reg. peccatum, col. 9. & Palac. Rub. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 51. Nauar. in Man. cap. 17. num. 56. & seq. præcipue, num. 62. & Couar. in d. reg. peccatum, 1. part. in princ. num. 2. non differtens opus esse sincere acerrimoque iudicio ad discernendum hoc grauissimum debitoris nocumentum à leui creditoris iactura, vt hinc licita iudicetur debitoris dilatio & inordinata censetur creditoris petitio. Et hæc sententia humanior est & tenenda meo iudicio, ex fundamentis adductis per supradictos: quia creditor hoc casu rationabiliter debet velle debitorem excusari, alias inordinata esset ipsius petitio: & præterea, quia huiusmodi debitor ratione impotentia etiam hoc casu iuste excusatur, non enim dicitur honeste posse, qui cum tanto detrimento suo potest, vt probat Caiet. ubi supra, vbi amplius tenet, debitorem nempe hunc minime teneri ad satisfaciendum creditori in hac specie illud modicum interesse, siue præiudicium eidem subleuatum ex eo, quod sibi solutio illo tempore facta non fuerit; Quandoquidem ratione dict. impotentia ac magni detrimenti debitor excusationem iustam habuit ac proinde non fuit in mora.

Intelligenda tamen est hæc sententia dammodo debitor hoc casu parum sibi vtatur in viuendo intra vltimum gradum decentiæ sui status, quia non debet laute, opipare & splendide viuere & pompose vestiri, filiasque nuptiæ magnis dotibus tradere, sicut si non esset obligatus ad restitutionem, sed in omnibus moderate procedere, refecando superflua, & si non potest filias æqualibus nuptiæ tradere, aliis tradat, quibus minores dotes sufficiunt: faciendum enim huicmodi debitoribus cum effectu quod possunt ad restituendum, & in aliis bene & cum timore Dei se habentes, possunt absolui per confessarium & communicari Sacramentaliter. Illi vero, qui de eo quod possunt, semper procrastinant & annuatim restitutionem promittunt, idque non adimplent, non videntur absoluendi, nisi prius restituant vel efficaciter negotium disponant, vt executionem habeant, nec etiam communicandi, quatenus ad iudicium confessoris spectat: ita Sylvest. ubi supra, n. 4. & Nauar. d. cap. 17. n. 62. Ant. à Cordub. in sua summa, q. 68. in 2. opin. & alij ex supra citatis.

Quod tamen adeo verum est & procedit, vt confessarius non debeat secundo absolute penitentem, qui tenetur ad restitutionem statim faciendam, & eam primo iusta omisit, nisi actualiter nunc eam faciat: Prouidendum est enim, ne sicut semel defecit in hoc, iterum quoque deficiat in creditoris detrimetur: ita Caiet. in summa, verb. restitutio, c. 6. & Florent. in 2. part. tit. 2. cap. 8. col. 8. nisi talis esset penitens, & causa ob quam restitutionem omiseret, & præterea tempus & locus, vbi confessio fit, quod absolutionem impartendam indicant arbitrio prudentis confessoris cum vero proposito restituendi: quandoquidem erga Deum hoc sufficit, sit opportunitas ad aliud non ad sit, secundum Nauar. d. c. 17. n. 59. & à fortiori erit deneganda

reganda absolutio debitori, qui sæpe restituere promisit, & non restituit, vt probat Frater Angles in suis florib. Theol. quæst. in quæst. de restit. pag. 157. Secundo tamen supradictæ principalis sententia limitatur eo casu, quod creditor vel dominus, cui est facienda restitutio, sit in æquali vel prope æquali necessitate, vel in commodo rei, quam debitor, quia tunc integre statim ei est facienda restitutio, quamvis debitor omnino pauper remaneat, quia non licet alicui in re aliena incommodare dominum, vt seipsum commodet, & hoc casu rationabiliter & ordinate creditor vel dominus statim vellet rem suam, quæ charitas bene ordinata incipit à seipso, vt in c. non satis, cum similibus, 86. distinct. ita Doct. supradicti, citant præcipue Caiet. & Angl. verb. restitutio, 3. num. 4. Sylvest. & Cordub. & fatentur ceteri. Hoc tamen sublimitat Frater Angles ubi supra, fol. 159. in vers. debitor, & c. in debitor bonæ fidei; Nam is cum vocatione status restituere non tenebitur, tamen cum creditore ex dilacione solutionis statim quoque mutatur compellatur, quia in pari causa necessitatis melior est conditio possidentis: obligatur tamen debitor restitucere creditori damnum, quod ex illa dilacione solutionis patitur. Hæc tamen sublimitatio vera non est meo iudicio, nec tenenda, quia cum sit debitor, etiam si habeat bonam fidem, hoc est, debitum bona fide contraxerit, tenetur restituere creditori, etiam cum mutatione status, quando creditor est in æquali, vel prope, necessitate: nec in pari causa melior est conditio debitoris, nisi tantum in causa extremæ necessitatis, qui non est iste, vt est prædictum & probatum: Loquitur igitur iste auctor sine vero fundamento contra communis traditiones.

Tertio tamen limitatur præfata secunda opinio principalis secundum eundem Angles ubi supra, folio 158. & ceteris, quando res obnoxia restitutioni exstat, & debitor non laborat in extrema necessitate, tunc namque illam statim restituere tenetur, etiam si statim mutare cogatur, vt si detineat redditus alienos, quia tunc potest restitutio differri, quando quis damnum in re propria patitur, secus si in re aliena, quando ipsa exstat, quia nemo cum aliena iactura locupletandus est. Quare nobiles, qui detinent oppida & alienas possessiones, ne à magnitudine status & familia cadant, & eorum confessor facti confesij in statu damnationis esse dicuntur, nisi ignozantia alicuius Doctoris opinione excusetur secundum ipsum, cuius illa ratio, ne quis scilicet cum aliena iactura locupletetur, & si in ceteris debitoribus, etiam in illis in eis non admittitur, fortius tamen vrget in proposita specie ad prædict. limitationem fundandam, præcipue cum ipsa alia fortiori prædict. ratione probatur, & ideo mihi placet, quæ colligitur etiam ex Caietan. ubi supra, d. quæst. 62. art. 8. quæst. ultim. Imo etiam si debitor sit in extrema necessitate, tenetur restituere rem alienam existentem creditori in eadem necessitate constituto, vt supra diximus, num. 5. aduersus Tabienam.

Non desunt tamen qui distinguant inter has duas opiniones, vt si acceptio, ob quam debetur restitutio, fuerit iniusta, nempe ex furto, vltus alius iniuriis, debitor in hac specie, quæcumque citra extremam necessitatem patiatur detrimentum, tenetur illis restituere, etiam si statim predat, hoc enim non est de statu suo cadere, imo in suum ab illo descendere, qui non erat suus, & in hoc casu procedat prima opinio supra posita. Si vero quis per acceptionem citra debita contraxerit, & citra suam culpam in paupertatem incidit, facultus illi sit indulgentia restitutionis protogatio, si creditor dilacionem ferre possit, alias secus: Nam citra extremam necessitatem melior est multo creditoris conditio quam debitoris, & in hoc secundo casu pro-

cedat secunda opinio principalis supraposita: Hanc concordiam videntur tenere Caietan. d. quæst. 62. art. 3. & eam probat Domin. à Soto lib. 4. de inst. & iur. quæst. 7. art. 4. in ver. quin vero, pag. 369. quem sequitur pluribus comprobans Cordub. ubi supra, in serua opinione, & Frater Angles fol. 158. & seg. Hæc tamen concordia vera mihi non videtur, sed potius secunda sententia supradict. indistincte in vtroque casu: quia ad præd. excusationem non attenditur, quam quis teneatur restituere ratione delicti, sed quod egestate grauetur, quæ apud Deum sufficiens est excusatio, dum ipse debitor ab animo aliena detinenda vere abstinerit, secundum August. d. Epistol. 54. & restituere proponat eum primum possit Ergo idem erit in impotentia restituendi mediocri, vt mediocriter excuset, vt sentit Sanct. Anton. 2. part. tit. 2. c. 2. colum. 4. & Couar. ubi supra, n. 2. circa similibus. Nec enim ad hanc excusationem, & c. & ex professo Nauar. d. c. 17. n. 58. & ita est enendum.

Dominicus tamen à Soto ubi supra, capite Sylvest. verb. restitutio, §. 5. d. ceterorum sequitur, affirmantem, quod si creditor non vult restitutionem expectare, & debitor induci non potest ad restituendum statim, tunc sacerdos potest eum absolueret, si cautionem capiat, quod certo post tempore soluat, quia tunc vtiliter gerit creditoris negotium: Si enim penitens non absolueretur, forsitan ille nunquam debitum suum recuperaret: Hoc namque inquit Soto, procederet in foro exteriori, non tamen in conscientia: Sacerdos namque non est inter creditorem ac debitorem sequenter aut creditoris procurator, sed nomine Dei conscientiarum expurgator, & ideo in hoc tantum debet esse intentus, vt secundum causas & merita perpenderit, an debitor sit soluendo, & ceteris: Nam si soluendo est, nullatenus inuito creditore est absoluendus, nisi restituatur, quamuis periculum immineret, vt nunquam sit restitutio facienda: Ipse enim penitens sibi videtur: potest tamen accedere, vt satisfactum sibi per partes statim temporibus restituatur: Quod vltimum intelligendum est, quando aliquid commode, iuxta prædicta, fieri non potest, vel alio casu excusatur, ex traditis per Sylvest. ubi supra, & per Anton. de Cordub. d. quæst. 68. in primis folijs: At vero si debitor, cum possit, nolit simul seu integre debita creditori soluere, sed annuatim aut paulatim, confessarius non poterit eidem prædictam dilacionem concedere, nulla iusta & probabili causa existente, ex relatis supra citatis auctoribus, nec eum absolueret, nisi cum effectu fiat restitutio statim, vel tempore, quo commode fieri potest respectu supradictorum, vt latius probauit Methymna d. quæst. 5. circa fin. in vers. nunc ad id, & Frater Angles in suis florib. Theologicar. quæst. in quæst. de rest. pag. 156. Sed quod ad reprobationem Sylvestri. factam à Soto attinet, credo Sylvestrum non id simpliciter tenuisse, quod Soto eidem attribuit, sed illud refert ex directorio & Angelo in verb. restit. ult. quæst. 5. quinimo ipsemet Sylvest. inquit, illud procedere quoad forum causarum: sed quoad Deum id intelligit, quando peccator est taliter voluntate & conscientia dispolitus, quod non habet animum perseuerandi in mortali cura de attrito virtute clauium posse effici contritus, quia credit se non posse, cum possit, aut non teneri statim, cum teneatur, alius non esset absoluendus, nec capax absolutionis. Ego vero quoad veritatem huius dicti artinet, existimo, standum esse facti veritati in hac specie, vt si secundum causas & merita confessarius perpenderit, quod debitor sit soluendo statim, cum non absoluit quousque restituatur, nisi veri similiter erit, creditorem permissurum, si cordis intima debitoris penetrasset, vt ipse confessarius, & præterea debitor animo decerneret statim soluere, si sibi non videretur.